



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Annales Ecclesiastici Cæsaris Baronii S. R. E. Card.

[Liber I-VI]

Baronio, Cesare

Romæ, 1636

Annales Ecclesiastici Caesaris Baronii S.R.E. Card. A Lvdovico Avrelio Perusino. In totidem libellos breuissimè redacti in quot magna volumina opus ab Authore digestum est. Liber II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65044)

ANNALES
ECCLESIASTICI
CAESARIS
BARONII
S. R. E. CARD.

A L V D O V I C O A V R E L I O
Perusino.

In totidem libellos breuissimè redacti
in quot magna volumina opus
ab Authore digestum est.

L I B E R I I.

Respondens secundo Authoris Tomo.

COCCEIO Nerua Chri.
Augusto vita fun- Ann.
cto, Imperium ca- 100.
pessit Vlpus Tra-
ianus ex Italica,
Turdetanæ Prouin-
ciæ Vrbe, in Hi-
spania, cum adhuc in Germania cum
legionibus ageret. Is optimus alio-
quin Princeps, quique, literis ad Se-
natum datis, iure etiam iurando con-
testatus fuerat nullum se Virum bo-
num vita priuaturum, in Christianos
tamen,

*Dio in
Tra.*

tamen, hominum innocentissimos, ut qui maximè sæuijt, quòd auitę religio- ni apprimè esset addictus, illiusque cultum obsolescere æquo animo non ferret. sanè eo ipso tempore Oracula fermè conticuerant: raræ admodum offeriebantur victimæ: mira erat Templorum solitudo: edicto itaque vetuit Fidelium sodalitia, & coitiones. Cle- mentem Pontificem mitiùs tunc qui- dem apud Cimmericum Bosphorum relegauit, non sine illius Gentis bono, quæ Christi Fidem amplexa est. Sanguinem tamen pro Christo fuderunt Nereus, & Achilleus Flauix Domitilæ Eunuchi, alijque complures impietatis in Deos postulati, cumque His Regia ipsa Virgo pridem, ut diximus, Domitiani iussu exilio mulctata. por- rò Traiani gloriam non tantùm sæui- tia in Christianos decolorauit, verùm etiam vini vsus nimius, ac Puerorum turpissimi amores.

Secundo Traiani Principatus anno Ioannes Euangelista Ephesi diem clausit extremum. quod probat Author ex Patrum sententijs, quas recenset, reiecit eorum delirijs, qui illum viuere, & in Iudicij extremi tempora seruari contendunt. peruenisse autem illum ad ætatis annum II C. Beda tradit, & ex eo recentiores quidam: nonagesimum quidem certè excessisse nemo negat.

Plut. opusc. cur. orac. C. c. Iuu. sat. 6. Plin. l. 10. ep. 47. Dio. in Iulia. Cass. Chri. Ann. 101. Bed. d. sex. atar. Vsu. ard. Mar. tyrol.

Oracu- la silēt. Clem. Pent. relega- tur. Traia- ni vi- tia. Ioānis Euāg. mors.



Ioannis mortem sequutum est Cle- Chri.
 mentis Martyriū apud Tauricā Cher- Ann
 fonensum, vbi, suspensa ad collum an- 102.
 chora, in mare proiectus est. per
 multa deinde sæcula, annua eius so-
 lemmitate reuertente, per tria pas- Greg.
 suum millia, mare retrocedere con- Turo.
 suevit, vt siccum præberet iter eius d. glor.
 inibi sepulchrum inuisentibus. hic Mart.
*nonnulla Author addit de Epistolis,
 alijsque à Clemente editis operibus,
 deque illorum fide, atque autoritate.*

Eo sublato, vacasse aliquot mensi- Chri.
 bus Romanam Sedem par est credere, Ann.
 dum nuncius Romam è tam distita 103.
 Regione perueniret. sufficitur itaque
 Clementi Anacletus, regitque Ec-
 clesiam annos amplius IX.

Eodem hoc ineunte anno Traianus Dio. in
 Vrbe cessit moturus arma in Deceba- Tra.
 lum Dacorum Regem superbissimum.
 Hunc igitur ingenti affectū clade hu-
 mi procumbentem excepit, quem
 Domitiani ignauia fecerat ferocissi-
 mum. hoc in bello egregiam Traiano
 nauasse operam tradunt Placidum in-
 signem Ducem, qui Christianus po-
 stea factus. Eustachius dictus, marty-
 rium sub Hadriano Principe est con-
 sequutus.

Plini- C. Plinius Consulatu functus, Bi- Chri.
us Bi- thyniam Prouinciam administrandam Ann.
thyniã suscepit. eò cum peruenisset, & Chri- 104.
regit. stianorum ibi multitudinem innume-
 ram

ram reperisset, Principem ea super re *de Chri*
 consuluit. ea in Epistola multa de il- *stianis*
 lorum moribus, atque innocuo vitæ *refert.*
 genere scribit. Traianus porrò, ut
 perquirendos vetuit, ita in proposito
 constantes puniendos censuit. ex ijs-
 dem Plinij literis constat, si quis ex
 ijs essent Romani Ciues, Romam mit-
 ti consueuisse. hinc possumus intelli- *Marty*
 gere, immensum planè fuisse nume- *res cur*
 rum eorum, qui Romæ Martyrium *Roma*
 sint passi; quando non ex his tantùm, *innu-*
 qui Romæ agerent Christiani, sed no- *meri.*
 biliores quique toto orbe Romano
 capitis iudicium ea in Vrbe subire co-
 gerentur.

Chri. Christi anno CV. prodijt Elxai Iu- *Elxai*
 Ann. dæus Genere, cuius deliria ex Epi- *Pseu-*
 105. phanio repete. *dopro-*

Epiph. Traianus Dacico perfunctus bello, *pheta.*
har. 19 Romam cum redijisset, plurimas ibi

Dio. in barbararum Gentium Legationes au-
Traia. dijt; pacisque artibus iam intentus,
 Bibliothecas extruxit; Forum omnium
 pulcherrimum ædificauit, mediam co- *Traia-*
 lumnam cochlidem immensæ altitu- *ni forū*
 dinis (quæ adhuc superest) statuit. *et co-*
 cuius demum in vertice, dum hæc ipsa *lumne*
 prodimus, Sixtus V. P. M. Principis
 Apostolorum ingentem ex ære, ma-
 gna impensa, ac studio conflatam Sta-
 tuam inauratam, sacris ritibus solem-
 niter collocabat. neque eam tantùm,
 sed & aliam haud absimilem Paulo

itè Apostolo in alia, quæ gemina est, Romæ Columna, Antonini olim monumentum ad Viam Latam consecrabat. porrò eorundem Apostolorum iam tùm Romæ Trophæa, vt vocarunt, ab Anacleto, & alijs fuisse erecta exploratum est.

Euseb.
l. 3.
c. 24.

Traianus in oriente

Abagarus Junior

Cæterùm Traianus bellicæ gloriæ in primis studiosus. haud diù in Vrbe moratus, Armenis, ac Parthis, alijsque finitimis Populis bellum infert, ac foeliciter conficit. Quo tempore Abagarus Edessæ Rex (haud dubiè senioris Abagari Nepos, quem Christi temporibus vixisse diximus) muneribus eum coluit, eidemque fortalsè gratificaturus, Christianam Religionem infectatus est. itaque cum Barsimeo eiusdem Urbis Episcopo, martyrium passi dicuntur Sarbelius, qui Idolorum Sacerdos fuerat, eiusque Soror Barbea.

Chri.
Ann.
107.
Dio. in
Tra.
Swid.

Rom.
Marty
rol. 29
& 30.
Chri.
Ann.
108.

Insignes Martyres.

Eodem quoque victoriæ cursu, Babylonem, ac Chtesiphontem occupavit: Bosphoranos, Cholcos, Iberos, Sauromatas subegit. cumque exercitum de more lustraret, inuenisse in eo dicitur Christianorum vndecim milia, in quos cum animaduertere tutò vix posset, eos ignominia notatos in Armeniam amandauit. Romulum domus Præfectum V. C. non aliud ob crimen, verberibus seruiliter affectum, capite mulctauit, eodem quoque

Marty
rol. Ro.
die 5.
Sept.

Meta- que tempore passum putamus Hya-
ph. 6. cinum, qui eidem Cæsari erat à cu-
Sept. biculo. at quos diximus Milites eos
ipso- ipsos existimamus, qui haud longè
dispari numero, in syluis Ararat eius-
dem Prouinciæ Montis Crucibus po-
steà affixi sunt.

Eodem Crucis supplicio affectus
est sequenti anno Simeon Hierosoly-
mitanus Episcopus, Frater Dominicanum
agens vigesimum supra centesi-
mum.

Simeon
Fr. Do-
mini.

Ignatius quoque, Vir Apostolicus,
qui non Antiochenæ tantum, sed to-
tius Orientis Ecclesijs præesse eo tem-
pore videretur, Romam bestijs tra-
dendus amandatur. ex itinere Episto-
las, quæ ad nostram vsque ætatem in-
tegrè, magno Dei beneficio, peruene-
re, ad diuersas dedit Ecclesias, ex
quibus Apostolicæ traditiones, anti-
qui Ecclesiæ ritus, ac mores, aliaque
complura aduersus huius temporis Se-
ctarios habentur. Sub idem tempus
martyrium subiere Philippis apud Ma-
cedoniam Zosimus, ac Rufus: Par-
menas quoque qui vnus fuit, ex sep-
tem primis Diaconis, & alter quoque
Zosimus Miles in Pisidia. *inietta au-
tem hic ab Authore Dionysij Areopa-
gita mentione, dum de Ignatio scribit,
longam, ac proficuum instituit disputa-
tionem de eodem Dionysio; quo is tem-
pore obierit, an vnus idemque fuerit*

Ignatius.

Chri.
Ann.
109.

Parisiſorum Episcopus, ac *Areopagitas* qua scripta ediderit. quoue ea tempore promulgauerit, aliaq. id genus, qua in disquisitionem vocari consueuerunt.

Porro Ignatius, quem superiore anno Romam adductum memorauimus, Vir ætate, ac morum probitate in primis venerandus, Theatro clausus, immiffis leonibus, per summam immanitatem, laniatus est. eius, quæ superfuerunt ossa, à Discipulis, qui comitati eum fuerant, Antiochiam fuisse relata, honorificèque excepta, ac seruata, Chrysoſtomus egregia oratione testatur ea verò magno fuisse precio redempta par est credere; cum constet antiquo Romanorum iure reliquias defunctorum transferri vetitum fuisse, scribatque Plinius pro ea re impetranda Collegium Pontificum adiri consueuisse. Ignatio (quòd ipse prædixerat) Successor ab Antiochenis datus est Hero eiusdem Diaconus. Aliarum quoque Urbium Episcopi complures, quasi Authores seditionum, à proprijs abstracti sedibus, Romam fermè trucidandi abducebantur: ex his fuit Onesimus Pauli Assecla, Ephesiorum Episcopus, qui lapidibus est obrutus.

Post hæc martyrio coronatur Anacletus ubi egisset in Pontificatu annos amplius nouem. res ab eo gestæ communi scripturarum naufragio interiere.

Ignatius à leonibus laniatus

Reliquia redempta.

Onesimus lapidatus.

Anacletus martyr.

Chri. Ann.

110.

111.

Euseb.

chron.

et hist.

l. 3. c.

30.

Hier.

descri.

pt. eccl.

Chryso.

Serm.

de S.

Ignat.

Plin.

l. 10.

ep. 37.

Chri. Ann.

112.

re. sepultus est iuxta corpus B. Petri, cui ipse monumentum dudum erexerat, quod *Trophaum*, ac *Memoriam* nuncuparunt. tres ab eo Epistolæ conscriptæ leguntur, in quarum postrema tres Patriarchales Ecclesias ordine recenset. non æquo hæc animo Nouatores accipiunt recentiora hæc esse nomina contendentes, cum tamen constet ab Hebræis, ac Ægyptijs

Fl. Vo- fuisse usurpata, vt fas est legere apud
pisc. in Herodotum cum de sacris Ægyptio-
Satur- rum agit, & in epistola Hadriani Cæ-
nin. saris ad Seruianum.

Post dies non amplius tredecim Suc-

Iren. cessor Anacleto datur Euaristus, qui
l. 2. c. 3 totidem ferè sedit annos, in Græcia na-
Optat. tus Iuda Bethleemitico Iudæo Patre.

*Euaris-
tus PP*

in Hic Titulos diuisit Presbyteris, hoc
Parm. est diuino cultui dicatas Ædes; à rebus
l. 1. Fiscalibus desumpto nomine *de huius-*

*Titulis
qui.*

Aug. modi tam Fiscalibus, quàm Ecclesia-
ep. 165. sticis Titulis eruditè hic quedam addit
l. si Author, qua apud eum require; quem

quãdo admodum, & ea, qua de Diaconis tra-
C. de dit. Alij quoque ab Anacleto, hoc eo-
bon. dem anno martyrium Romæ subie-

*Insi-
gnos
marty-
res.*

vac. runt, in quibus Maro, Euthiches, Sul-
picius, Seruilianus, Hiacynthus, & Cæs-
sarius quorum memoria tabulis Eccle-
siasticis est adscripta. Horum cædem
vlus videtur Deus immisso fulmine,
quo Agrippæ Templum celeberrim-
um magna ex parte conflagrauit.

Ab anno Traiani Principatus XIV. Chri.
ad VIII. Hadriani, obierunt sex Hie- Ann.
rosolymorum Episcopi, quos Euse- 113.
bius recenset; vt conijcere hinc li- *Euseb.*
ceat horum Principum gladium maxi- *in*
mè tùm ea in Vrbe sæuisse, quo ma- *chron.*
gis dolendum nobilissimæ Ecclesiæ
Acta, ac Monumenta excidisse.

Traia Traianus interim, qui se longius, Chri.
ni fœli quàm Alexander, progressurum iacta- Ann.
ciat, bat, transmissio ante biennium Euphra- 114.
Et for- te multas latè Regiones, quâ deditio- 115.
tuna ne acceptas, quâ vi subactas, Roma-
vicissi- no Imperio adiecit. hanc veluti glo-
tudo. riæ metam cum attigisset, retrò post-
modum cedere coactus est, rebellan-
tibus namque vndique, quos subege-
rat, Populis, Romanosque milites pas-
sim cædentibus, liberos eos facere
necesse habuit. tonitrua insuper, ful-
gura, ac miræ magnitudinis grando
constantiores quosque exterruerunt.
ad hæc, muscarum vis ingens repen-
tè ebullijt, quarum foedo contactu
edulia corrumpebantur, humana cor-
pora molestia vix tolerabili afficieban-
tur. quo factum, vt Traianus magni-
tudine curarum pressus, viribus cor-
poris destitutus, nec Romam reuerti,
nec quidquam antea vita dignum
agere in posterum potuerit, quam
Romani exercitus, Romanique Prin-
cipis foelicitatem haud diuturnam,
prædixisse diù antea ferunt sanctio-
res

res quosdam Christianæ Religionis Antistites, ad nutantem quorundam Fidem sustentandam.

Chri. Alia deindè haud quaquam leuior Iudæo-
Ann. iniecta est Traiano cura, ex Iudæo-
216. rum quasi ex composito, non vno in furor:
loco, excitatis seditionibus. placet eas Dionis verbis recensere. Per idem
(inquit) tempus Iudæi, qui circa Cy-
renem incolebant, Andrea Duce con-
stituto, Romanos, & Græcos sine dis-
crimine statim obruncant: nec ca-
de contenti, humanis carnibus vesci
cœpere. horum intestinis stillanti ad-
huc sanguine cinctis: tum pellibus ob-
uoluti: multos per medium vsque ad
verticem secuere; plures bestijs lanian-
dos obiectere: alios inter se digladiari
coegere, ut ducenta amplius hominum
millia eo furore, & armis Iudæorum
interierint. nec minori clade Cyprii
affecti fuere. siquidem in ea Insula,
Duce Alcemione, conspirantes Iudæi,
circiter ducenta, & quadraginta ca-
pitum millia trucidarunt, qua facti
atrocitate Iudæus de cætero legibus,
& pœnis Cyprium attingere prohibetur:
si autem vi tempestatis, vel per erro-
rem illuc delatus fuerit, cœu capite
damnatus statim morte mulsetur. sed
inulta clades non mansit, nam Traia-
nus misso cum exercitu Lucio, cum an-
tecedentibus alijs Ducibus, Iudæos, qui
per vniuersum terrarum orbem tan-

rum cadis ediderant profligavit. haec-
 nus Dio. quibus Eusebius addit eadem *Euseb.*
 molitos in Melopotamia, ac alibi, ea- *ī chro.*
 dem passos. *Et hist.*

Terra- Ad hunc annum Traiani Principatus *l. 4. c. 2*
motus XIIIX. spectat funestissima Antiochiæ *Chri.*
 clades ex horribili terræ succussione, *Ann.*
 quam, innumera ferè Incolarum, Ac- *117.*
 colarumque multitudine cum Pedone
 Consule, alijsque primi nominis Vi-
 ris interemptis, Traianus ipse, qui in
 hybernis ibi cum exercitu erat, vix
 euasit. Historiam lachrymabilem ha-
 bes apud Dionem, siue Xiphilinum,
 qui eam ob oculos ponit, ac veluti in
 scena exhibet omninò legendam.

Papia Sub idem tempus Authore Papia, *Chri.*
error. Hieropolitano Episcopo, Ioannis Au- *Ann.*
 ditore, Viro alioqui sãctissimo doctif- *118.*
 simoque, ex falsa Apocalypsis inter-
 pretatione, irrepfit error ille *de mille-*
nario, qui tamen non eò vsque pro-
 gressus est, vt transfret in hæresim, nisi
 postquam demum in Apollinare, qui
 Papiam peruicaciùs propugnauit, à
 Damaso damnatus est; vt suo loco di-
 cendum erit. Porro Papias multa scri-
 psit, de quibus apud Eusebium mentio
 habetur.

At Traianus, qui nullum vexandi
Traia- Christianos finem faceret, sæuitia, quæ
ni faci ad demenciam spectauit, quamque
nus in- non excogitasset Nero, Anthiochiam
dignū. reuersus, quinque Virgines Fidem pa-
 lam

lam profitentes comburi iussit, cineribusque æri commixtis, vasa quædam conflavit ad usum lauacri, quod magnificentissimum extruebat. verum, ut ait Nicephorus, quicumque ea ingrediebantur, vertigine correpti, cum impetu procurentes concidebant. tum Cæsar eadem vasa in Virginum combustarum formam efficta, pro balneo collocat. dicitur postea Præfectis mandasse, ne Christianos amplius vexarent, quod tamen non

Traian
ni
mors.

Chri. nisi postremo vitæ tempore impera-
Ann. tum constat. obiit enim haud ita
119. multo post apud Selinuntem Cyliciae
Dio. in Urbem, quæ Traianopolis deinde est
Toa. appellata, vigesimo Principatus anno non dum exacto, vitæ altero, ac sexagesimo. extinctus est non sine veneni suspitione. Solus, aut certè primus intra Urbem sepultus, nam cineres Romam relati, aurea in Urna sub columna in eius Foro ut diximus, erecta collocati sunt. Hadrianum, qui post eum imperavit, extremo vitæ tempore adoptasse ferunt; alij negant, si- etiamque eam adoptionem à Plotina Augusta, quæ Hadriano studeret, contendunt.

Hadrian
nus
Imp.

Chri. Hadrianus itaque Augustus Appel-
Ann. latus, ex Syria redux, Clementiæ, ac
120. Liberalitatis specimen insigne dedit; iuravit enim nullum se Senatorem nisi ex S. C. puniturum. H. S. novies mil-

Hadrian
Clem
na.

b.
o.
ß.
2

l. 3.
c. 23.

Chri.
Ann.
119.
Dio. in
Toa.

Eutro.
l. 8.

Chri.
Ann.
120.

*ac liber-
alitas* lies, hoc est milliones, ut nunc lo-
quimur, XXII. cum dimidio, Fisco
debita condonavit. quod non Scri-
ptores modo, sed marmoræ etiam
tabulæ, ac Numismata testantur. Ve-
rùm, quòd Traiani calcare vestigia, *Pan-*
instituisset, persecutionem in Chri- *uin. in*
stianos instauravit; odio præsertim *fast.*
in Iudæos, quorum efferata sæuitia *Adolf.*
mortalium omnium invidiam exci- *d. nu-*
tauerat, quæ in nos veluti cognatos *mism.*
redundabat. itaque Eustachium stre-
num illum Traiani Ducem cum Vxo-
re, ac Liberis, leonibus tradi iussit,
à quibus cum non læderentur, alte- *Nice-*
rius veluti Phalaridis iussu, candenti *ph. l. 3.*
æneo Tauro clausi sunt. horum me- *c. 29.*
morix extructum Romæ Templum *Euseb.*
adhuc perstat. *l. 4. c. 7*

*Novi
Hære-
siar-
cha.* At non his tantùm, verùm novis *Iren. l.*
subindè Hæreticorum Sectis Ecclesia *I. c. 23*
vexabatur. harum Authores fuere *Tert.*
Basildes, Saturninus, & omnium im- *de pre-*
purissimus Carpocras, qui Christia- *ser. c.*
no nomini turpem notam adpersit. *46.*
*horum dogmata, aut verius portenta,
precatu veniam, fusè Author recen-
set ex Patribus, qui ea ipsa non sine
rubore, atque horrore prodiderunt.*

*Euari-
stus Pa-
pa mo-
ritur
Alex.
Papa.* Secundum iam annum in Imperio *Chri-
Ann.*
agente Hadriano, moritur Euaristus; *121.*
Alexander sublegitur homo Roma- *Euseb.*
nus, qui decennio amplius Pontifi- *chron.*
catum administravit. Iudæi apud Pa-
lesti-

Hier. in Daniel. c. 9. Iustinam Romanum iugum excutere cum voluissent, ingenti accepta clade, Rufo Duce, ad officium rediere.

Hadrianus verò Urbanis rebus compositis peregrinationem per vniuersum Romanum Orbem instituit: quod Prouincijs gratissimum accidit, ubique enim, & munificentiam in Populos, & Seueritatem in Præfectos exercuit, multis ex His supplicio affectis, quod turpem quæstum fecissent, ac Iusticiam vænalem habuissent. quamobrem cufus est nummus huiusmodi cum inscriptione. **LOCVPLETATORI ORBIS.**

Hadriani Peregrinatio Munificètia Seueritas.

Christianos autem (quòd de eorum inexpugnabili constantia ubique audiret) supremam veluti potentiam ostensurus, diris subiecit quæstionibus, ac supplicijs addixit acerbissimis.

Chri. Ann. 123. Galliam post Italiam cum peragraffet, in Britanniam concessit. ea in Insula murum duxit octoginta passuum millia habentem, qui Romanos à Barbaris diuideret. partem eam exclusisse murum tradunt, quæ nunc Scoria dicitur, quod non dùm deuicta, aut certè non dùm exulta, aut Romanis frequens esset. Post hæc in Galliam reuersus, Alexandrina audita seditione, turbatus est. ortam eam esse comperit ob inuentum multos demum post annos Apim, certantibus inter se ad

Britanniam muro diuisa.

Seditio Alexandria.

inter-

*Apis
Ægypti
Deus.*

internecionem Ægyptijs, apud quem potissimum collocandus esset. Erat autem Apis, vt tradit Herodotus, vitulus certis cum notis veluti Deitatis indicijs. hunc Vitulum sanctius ab Ægyptijs coli solitum, ac secretius adseruari, Cambises Persarum Rex curiosius inspicere cum voluisset, Sacerdotum fraudem stomachatus, ac Populi deridens insaniam, educto gladio per femur transfixit.

*Herodot. in
Tab.*

Per idem tempus Asiam Proconsul administrabat Acrius Antoninus postea Augustus cognomento Pius. ad eum quandoque pro tribunali sedentem Christiani magno numero conuenerunt, apud quem Christi Fidem magno animo cum profiterentur imparem se illis puniendis sentiens, constantiam admiratus; *habetis*, inquit, *vestes, ac precipitia, si tantoperè mori concupiscitis.*

*Tert. ad
Scap. c. ult.*

*Hadrianus
in Hispaniã*

Sequenti anno Hadrianum Hispanias peragrasse ferunt. Quæ porro ibidem gesserit quòd ad res nostras ea non pertineant, præterire latius diximus. ea cognoscere si quis velit, ex Dione ac Spartiano petat.

*Chri.
Ann. 124.*

*Hadrianus
Athens.*

Ex Hispania recta in Achaiam nauigauit, Athenasque petijt, vbi Eleusinia suscepit Sacra, multaque Atheniensibus, Leges in primis, contulit, ex Draconis, Solonisque veluti officina reculas. porro Eleusinia quæ diximus,

*Chri.
Ann. 125.
Spart. Dio.*

mus,

Cassiodor. in chron. mus, Sacra obscæna, & homine, ne *sinia*
 dum Romano Principe indigna fuisset *sacra.*
 se, ex Profanis æquè Scriptoribus, ac
 Sacris exploratum est. non igitur mi-
 rum si in nostram Religionem impius
 Is fuit, qui in suam pius, vel cum de-
 decore videri voluit. eiusdem itaque
 impiæ pietatis studio Publium sanctis-
 simum eius Urbis Antistitem martyrio
 affectit.

Chri. Ann. 126. Spart. Euseb. in chron. Adolf. de nu- mism. Athenis cum hyemasset, Romam *Hadri-
 prius regressus, Africam deinceps per-
 anis*
 iustravit, quò non ita multò ante co- *in Afri-*
 lonias deduxerat, quòd Iudæorum *cam.*
Euseb. in chron. ibidem seditiones multos mortales
 absumpissent. hoc, alijsque multis
 beneficijs cumulati Afri, numismata
 procuderunt huiusmodi cum inscrip-
 tione RESTITVTORI AFRICÆ.

Chri. Ann. 127. Euseb. in chron. Ab hoc anno, ad XIX Hadriani,
 quo iterum Hierosolyma est euersa,
 sex alios eiusdem Urbis Episcopos
 Eusebius recenset. Sanè tam crebra
 illorum successio, vt alibi indicaui-
 mus, haud obscure arguit grauem ini-
 bi persecutionem viguisse; nec mi-
 rum, cum, Cæsarum edictis incendio
 excitato, Iudæi identidem faces sub-
 derent, ac Romanum mucronem
 exacuerent.

Chri. Ann. 128. Ex Africa Cæsar Romam cum ve- *Hadri-
 nisset, iterum Athenas appulit, in-
 anus*
 Orientem profecturus. ea in Vrbe, *iterum*
 Ioui Olympico constructam ædem *Athe-
 dedi- nis.*

cavit, Aram sibi erexit. Tùm Quadratus Urbis Episcopus Apostolorum Discipulus, & Aristides insignis Philosophus prò Christiana Religione libros Principi obtulerunt. Quadratus insuper, eo audiente, luculentam habuit orationem. Gentilium verò in Christianos licentia, ac Iudicum sæuitia eò venerat, vt ad Populi tantùm clamores, nulla Iudicij forma seruata, Fideles vulgò ad supplicia raptarentur, rei indignitate motus Serenius Granius Legatus ad Cæsarem ea super re literas dedit, qui, eo ex Prouincia recedente, ad Successorem Fundanum rescripsit, tumultuaria huiusmodi iudicia non placere. Hadriani literas (nam Graniani non extant) recitat ex Iustino Eusebius. Exindè Hadrianum placatiorem in Christianos reditum ferunt. Athenis autem in Asiam, quæ Minor dicitur, profectus, ea peragrata, in Syriam, atque Arabiam, indè in Ægyptum concessit.

*Hadri-
anus
in A-
sia.*

In Asia cum adhuc degeret, Templi aliquot dedicauit, Prouinciarum Ann. Præfides, Urbiumque Præfectos æquè, 129. ac in Gallia, qui in Reip. administratione peccassent, grauitè punijt.

In Syriam autem cum venisset, Anthiochenis sese infensorem præbuit, Chri. Ann. fortassè quòd numerus ibidem Christianorum esset longè maximus. ita. 130. que ea ne Ciuitas tam latè aliarum esset. *Spart. & Dio.*

*Euseb.
chron.
Hier.
de scri-
pt. Ec-
cl. &
ep. 84.*

set Metropolis, Phœnicem à Syria
 voluit seiungere. Hierosolymam pri-
 dem eversam rursus inhabitari per-
 misit, indito Æliæ nomine, Templo-
 que Ioui è regione Templi Salomonis
 erecto, quo Gentem mirum in mo-
 dum exasperavit. quamquam autem in
 apertam tum perduellionem erum-
 pere non est ausa, omnia tamen
 ad futurum bellum opportuna sensim
 comparare instituit. cuniculos quo-
 que fodit ad effugia; ea forma (vt li-
 cet conijcere) qua Romæ, quæ adhuc
 extant, Coemeteria. *qua occasione de
 huiusmodi Coemeterijs Author eleganter
 scribit.* Imminentis metu belli ter-
 ritus Iustinus Philosophus præstantis-
 simus, qui Iudæus erat genere, Patria
 Samarita; anticipandam sibi esse fu-
 gam ratus, solitarium quæsiuit locum
 animi curis tempèrandis, ac veritati
 indagandæ: Christianum ibi hominem
 præter spem nactus, sensim ab eo
 ad Christianam Fidem perductus est.
 quod ipsemet accuratius recenset.

Hiero-
solyma
Ælia
dicta.

Iusti-
nus
mar-
tyr.

Dial.
cum
Trip.
Euseb.
l. 4. c. 8
Chri.
Ann.
131.
132.

Ex Syria Cæsar in Arabiam, verten-
 te deindè anno in Ægyptum venit.
 At Romæ Aureliano Iudice Alexan-
 der Pontifex cum Euentio, ac Theo-
 dulo Presbyteris post diros cruciatus
 martyrij coronam est adeptus; quòd
 (vt eius habent Acta) multos Sena-
 torij Ordinis Viros insignes, Herme-
 tem in primis Urbis Præfectum, Chri-
 sto

Alex.
Papa
mors.

Aqua benedicta. sto adiunxisset . cum autem eadem acta aqua benedicta primum illi usum tribuere videantur , antiquiorem illum fuisse Author ostendit , & tantum abesse , ut incantationis species dici possit (quod Nouatores criminantur) ut potius illius ope incantationes , aliaque mali Damonis artes dissoluantur , cuius rei exempla huc affert ; ritumque , ex Gentilibus licet desumptum , multorum Patrum autoritate commendat . Alexandro Sixtus Romani item subrogatur .

Sixtus Papa. Antinoini mors. At tantoperè commendatus Augustus , in Ægypto cum esset , Antinoo Pueri formosissimo , quem in delicijs habebat , morte amisso , muliebriter fleuit , & per summam rei indignitatem , eum inter Deos retulit ; Templum extruxit : Aram excitauit : Sacra instituit . Festa dicauit : cudid numismata : Urbem denique eius nomine ædificauit . laudabilis fanè apud Pelusum Pompeij tumulum erexit . Hac Hadriani dementia ad rem suam vsi Christiani tunc temporis Scriptores , atque Antistites , exemplo Antinoini haud ægrè Populo ostenderunt , quo loco apud eum reliqua Numina esse deberent , quae arte , ac ratione ad libidinem Principum ea fuerint inuecta .

Hadriani edi Ad annum Christi CXXXIII. nihil afferimus . ad sequentem verò spectat
 Ha. 133.
 Ha. 134.

C. de Hadriani edictum, quo vigesima hæ- *stū Iu-*
Edict. reditatis pars Fisco addicebatur, quod, *stinia-*
D Ha- cum annis propè quadringentis viguis. *noabro*
dr. coll. set, Iustinianus demùm abrogavit. *garum*

Chri. Iudæi, quòd ab Oriente Cæsar ab- *Iudæo-*
Ann. scessisset, animos sumentes, ac vires, *rū re-*
 135. in apertam defectionem prorumpen- *bellio.*

Dio in tes, omnia ferro, flammisque vasta-
Hadr. bant. opus itaque Hadriano fuit Iu-
 lium Seuerum strenuum Ducem ex
 Britannia euocatum illuc validis cum
 copijs mittere. Is nihil potius habuit,
 quam vt illorum ferociam arte elu-
 deret, vires sensim attereret, ac fran-
 geret, coactam multitudinem cun-
 ctatione dissolueret. itaque diuisos
 adortus commearibus intercludere,
 carptim cedere, Arces expugnare,
 Vicos diruere instituit. hoc pacto fe-
 rius quidem, minore tamen cum ia-
 ctura perduelles oppressit, ac deleuit.
 itaque bellum tractum ad vsque Ha-
 driani Principatus annum **XVIIII.**
 Christi autem **CXXXVII.** excisæ sunt
 eorum Arces munitissimæ quinquaginta:
 direpti, ac diruti eorum Vici
 frequentissimi ferè mille. Prænuncia-
 ta dicitur postrema hæc eorum clades
 multis antea signis. lupos, atque hye-
 nas Vrbes ingressos noctu, atque in-
 terdiu vlulasse ferunt. Salomonis se-
 pulchrum augustissimum spontè, nul-
 loque impellente corruisse.

*Cladis
signa.*

Chri. Hoc anno sæculi sexto, ac trigesi- *Iein-*
Ann. mo *nium*
 136.

qua- mo Eusebius quadragesimale ieiunium *Euseb.*
drage- Telesphori Romani Pōtificis authori- *chron.*
sma tate institutum tradit. sed errore tēpo-
 ris labitur, cū Is non dum Pontificatū
 inijsset. illud quoque animaduerten-
 dum, quod alibi monuimus, ieiunium
 hoc Apostolorum tempore inuectum,
 & ad Telesphorum vsque, ex traditio-
 ne, piaque consuetudine seruatum,
 edito ab eo Decreto, stabilitum, &
 ex præcepto deinceps susceptum.

Iudæi Postremæ huic cladi qui superfuere *Chri.*
Hiero- Iudæi, Hadriani decreto vetiti sunt *Ann.*
solymā Sacram Urbem ex editioribus etiam *137.*
aspice- locis quantumuis remotis aspicere, ne *Dio. in*
re ve- dum incolere. Suem quoque ex mar- *Hadr.*
ziti. more ea super Urbis porta, qua Be-
 thleem itur, collocavit: planè vt Iu-
 dæi si minus Edicto, Urbis accessu ar-
 cerentur, inuisi certè aspectu Animan-
 tis fugarentur. porrò æquè infensus *S. Pau*
 Christianis Princeps, eorum Fidem ab- *lin. ep.*
 rogaturum se ratus iniuria loci, Cal- *11.*
 uario in colle Iouis, ac Veneris Simu- *Hier.*
 lacra consecrauit: apud Bethleem *ep. 13.*
 Adonidi Fanum ædificavit. *Ambr.*

Hadri Decimosexto demùm anno Ro- *in Ps.*
anus mam reuertitur, à qua tamen. quietis *43.*
Romā amans, subindè Tybur recedebat, Vil- *Chri.*
reuer- la inibi magno sumptu ædificata. at *Ann.*
titur. non perindè Christianis hominibus à *118.*
 delatoribus quies. Martyrij coronam
 tùm quidem adepti Getulius cum Fra-
 tre Amantio Tribuno. Cerealis quo-
 que

que vicariam cum Præfecturam agens. qui, quod immolare Idolis victimas recusarent, igni sunt traditi. Getulium Virum sequuta est Symphorosa cum septem Filijs, ac Presbytero Exuperantio.

Chri. Quietem porrò Hadrianus ita non *Hadri*
 Ann. inuenit, vt, morbo correptus, qui in *anus*
 139. hydropen euasit, vitæ tædio, mor- *mortis*
Spart. tem sibi consciscere haud semel eni- *cupi-*
& Dio. sus fuerit. Seruos quoque, ac Medi- *cus.*
 cos, vt se ferro, aut veneno confice-
 rent enixè precatus, recusantes ita
 increpuit, ac terruit, vt, aut fuga sibi
 consulere, aut etiam mortem antici-
 pare coacti sint. itaque Antoninus *Anto-*
 ab eo adoptatus, præter multorum *nino*
 sanè morem, qui Imperium habere *unde*
 malunt, quam expectare, omni ra- *Pij no-*
 tione, atque arte, adeòque fictis etiam *men.*
 miraculis, quæ à Spartiano recensentur, spem vitæ, ac valetudinis Patri facere conatus est, qua ex re Pij nomen adeptum putamus.

Chri. Eam itaque pietatem (vt fas est cre- *Hadri*
 Ann. dere) exosculatus Hadrianus, quan- *ani*
 140. tumuis mortis cupidus, Tribunicia *mors.*
Spart. Pium Filium potestate auxit. demum,
& Dio. quod ferro, aut veneno non dabatur,
Iul ca- cibi potusque abstinentia vitæ finem
pit. in inuenit. ætatis annum agens LXIII.
An- qui clymatericus dici solet, Principa-
ton. tus verò XXI. moritur apud Baias, sepelitur Puteolis in Ciceronis olim
 Villa,

Villa, nec ita multò post Romam transfertur, & in Mausolæo ab eodem Filio propter Tyberim excitato, collocatur.

*Antoninus
Imperator.*

Porrò Antoninus, qui in viuentem Patrem Pius fuerat, in mortuum quoque esse studuit. itaque cum eius Acta Senatus rescindere conaretur, mitissimè intercessit; & si (inquit) eius Acta rescinditis, Adoptionem quoque meam abrogabitis: quo dicto placatiores illos in defuncti memoriam reddidit.

Excreuerat ea tempestate in im-
mensum Christianorum numerus, vt Ann.
Patres docent, qui eodem fermè sæ- 141.
culo floruerunt. verùm quò magis *Iust.*
Christiana res vigeat, eò etiam ma- *Dial.*
gis inuidia, & ex ea, calumnia auge- *in Tri-*
batur, quamobrem etiam Pio sub *ph.*
Principe pijs esse non licuit. Cæte- *Capi-*
rùm Antoninus pacis eximius cultor *tol. in*
bellum nisi prouocatus non intulit: *Ant.*
Romanum iugum detrectantes Bar-
baros per Legatos domuit. Iudæos
iterum rebellantes, nec finem sedi-
tionum facientes, contudit. in Achaia
quoque, atque Ægypto turbas re-
pressit. sed hæc diuersis Imperij an-
nis sunt gesta.

*Fau-
stina
Aug.
mors,*

Tertium porrò agebat Principatus Chri-
annum, cum Faustina Vxorem ami- *Ann.*
fit, quæ S. C. consecrata est, additis 142.
Statuis aureis, atque argenteis, Fla- *Iul.*
mini- *cap.*

*Tert
de pi
dic.*

minibus, ac Templo, quod adhuc su- *& ho-*
 perest Palatium inter, & Capitolium, *nores;*
 nisi fortè illud Iunioris Faustinae, ac
 M. Aurelij Viri quis esse contendat.
 Copiosa hæc succrescentium quoti-
 diè Deorum seges, mirum quantum
 stabiliendæ Christi Fidei conferebat.

At Sixtus exacto Pontificatus an- *Sixti*
 no X. martyrio vitam finijt. extant *Papa*
 tres illius Epistolæ, in quarum vna vni- *mors,*
 versalis Ecclesiæ Episcopus inscribi- *& de-*
 tur. quod cum concoquere Nouato- *creta.*
 res nequeant, recens additamentum, *Rom.*
 atque imposturam clamant. sed nihil *Pont.*
 proficiunt; delendæ namque illis ef- *Primus*
 sent huiusmodi nomenclaturæ ex alijs *tus.*
 eiusdem ætatis scriptis, atque Autho-
 ribus. certè apud Tertullianum Vi-
 ctor Pontifex Maximus, & Episcopo-
 rum Episcopus quodam in edicto ap-
 pellatur. Ruffinus Aquileiensis Pre-
 sbyter, Sixti Pythagorici Philosophi
 commentarium à se translatum Huic
 Pontifici attribuit, sed fraudem Hiero-
 nymus detexit. Legitur eiusdem Sixti
 Pontificis decretum, quo sacra vasa
 non nisi à sacris Ministris contrectari
 permittuntur. sanxit quoque Episcopos *Episco-*
 ad Sedem Apostolicam euocatos, ad *la Pon-*
 suas Ecclesias redeuntes non admitti, *tificis*
 nisi secum Romani Pontificis literas, *multi-*
 (quas *formatas*, alijs etiam postea *plices.*
 nominibus appellarunt) secum affer-
 rent. *hac data occasione Author de his*
multa,

Tert.
de pu-
dic.

Chri. Qui sequuntur anni ad vsque huius
 Ann. sæculi quinquagesimum, nostrarum
 146. rerum expertes, prætereundi sunt;
 147. quinquagesimo autem Iustinus san- *Iustini*
 148. ctissimus Martyr testatur se Apologe- *Apolo-*
 149. ticam orationem Antonino Augusto, *gia.*
 150. ac Filijs nuncupatam promulgasse.
 mirum sanè est quanta Is dicendi li-
 bertate eo in argumento versatus sit:
 quid porrò effecerit, inexploratum
 est. edictum quidem certè pro Chri-
 stianis ab Antonino promulgatum,
 post triennium constat.

Chri. Tres quoque, qui sequuntur anni
 Ann. steriles à Christianis rebus extiterunt. *Tele-*
 151. Quinquagesimo autem quarto, *sphora*
 152. Telesphorus ab inito Pontificatu XII. *Papa.*
 153. martyrij palmam adipiscitur. Seprem *marty-*
 154. verò post dies Hyginus Atheniensis *rium.*
Iren. ex Philosopho Pont. Max. consecra- *Hygi-*
l. 3. c. 3 tus est; quo in munere annos omni- *nus*
Tert. nò quatuor egit. cum Telesphoro alij *Pnta.*
con. permulti, quos *Author recenset*, non
Marc. Romæ modò, sed in reliqua etiani
l. 8. in Italia, atque alibi martyrio affecti
fin. sunt, quos vltus est Deus multis illa-
 tis Romano Imperio cladibus: fame,
 terræmotu, incendijs, ac Fluminum
 eluionibus. itaque Augustus, quod *Anto-*
 diximus Rescriptum, ad Asiæ Populos *nini re-*
 pro Christianis dedit apud Iustinum, *scrip-*
 atque Eusebium legendum. Secun- *tū pro*
 do Hyginij anno venisse Romam fe- *Chri-*
 runt Valentinum, quem diximus, ac *stianis*
 Euseb. *l. 4. c.*
 12.

*Valen-
tinus,
ac Cer-
do.*

Cerdonem. Hi, cessantibus tūm qui-
dem persecutionum procellis, maius
enimvero Catholicæ Ecclesiæ nego-
cium exhibuere.

Chri.
Ann.
155.*Hygi-
nij
mors.
Pij suc-
cessio.**decre-
tū de
Pa-
scha.**Anto-
nini
Iusti-
tia.**Titu-
lus Pa-
floris.*

Eiusdem sæculi anno LIIX. (nam
duobus proximè præcedentibus quid
tribuamus non habemus) moritur Hy-
ginus & ipse Martyr: Huic Successor
datur Pius ex Vrbe Aquileia, qui an-
nos in Pontificatu egit propè decem.

Chri.
Ann.
156.
157.
158.

Pius Pontifex vsū celebrandi Pa-
scha die Dominico ab Apostolis indu-
ctum decreto sanxit; cum antea aliqui-
bus in Ecclesijs, Orientis præsertim,
Iudæorū more celebrari XIV. die Lu-
næ augescentis fuerit toleratum.

Chri.
Ann.
159.

Annum Antoninus agebat Imperij
XXII. cum Iustitiæ illius fama permot-
os Barbaros complures compulit, vt,
depositis armis, eum Arbitrū sumerēt.
Eius præclara illa vox. *malo unum Ci-
uem seruare, quàm mille hostes perde-
re.* legem Iuliam aduersus Vxores la-
tam, in Viros quoque æquissimè arma-
uit, contra quam Ælius Verus, ab Ha-
driano, & ipse adoptatus, paulò antè
fecisset, ea ratione, quòd Vxorem di-
gnitatis nomen esse diceret, non vo-
luptatis, quasi incongruum non sit
Viros seposita Coniuge, alienas Mu-
lieres ad voluptatem quærere.

Chri.
Ann.
160.
161.
Aur.
Vid.
in An-
ton.*Spart.
in Æl.
Ver.*

Biennio ante eam, de qua mox di-
cturi sumus, persecutionem in Chri-
stianos excitatam, erectum fuisse

Chri.
Ann.
162.

con-

constat Pastoris Titulum, seu Templum in Thermis Nouati, quod multo demum post sæcula pænè collapsum, dum hæc ipsa proderentur, Henricus Cardinalis Caietanus decentissimè restituebat, & Cisterciensibus restitutæ seuerioris disciplinæ Monachis curandum tradebat.

à Car. Caieta no in- staura tur.

Chri. Ann. 163. At enim Antoninus, cum regnasset annos tres ferè, ac viginti, apud Lorium Villam diem clausit extremum: iure comparatus Numæ, quippè qui adeò non ciuili, vt nec hostili sanguine maduerit. S. C. inter Diuos relatus, Templum, Flaminem, Circenses ludos, ac Sodales Antoninianos, si quis alius, meruit. matura obiit senectute annum agens LXXV. conditusque est Hadriani Mausolæo, à se antea, vt diximus, extructo. *Antoninus moritur.*

Dio. Jul. Capit. Galij. M. Aurelius Antoninus cognomento Philosophus, ac L. Verus, quos viuente, ac iubente Hadriano adoptauerat, Imperium capessunt. *de Horum Nominibus, qua multiplicia fuerunt, & subindè etiam apud Scriptores, in Numismatibus, ac alijs Monumentis, immutata, vide qua hic tradit Author ad errorem vitandum, illud quoque animaduertendum, M. Aurelium tantùm à Senatu Augustum declaratum, Imperij collegam Lucium assumpsisse, Veri nomine indito, ac Filia in Matrimonium collocata; tunc verò primùm*

M. Aurelius ac L. Verus Imp.



*Lucius
in Par
thos.*

duo simul imperarunt, qui & Diui Fra-
tres apud Iurisconsultos, ac alios di-
cti sunt. Lucius porrò in Parthos mis-
sus, qui Romanum exercitum Duce
Seueriano in Armenia cæciderant; in
Syria ferè per quinquennium substitit,
bello per Legatos administrato. fe-
runt Lucillam eius Sponsam, Marci Fi-
liam, antequàm Viro iungeretur, à
Dæmone correptam, ab Albercio Hie-
rapolitano Antistite, ad hoc Romam
euocato, à Dæmonis præstigijs suis-
se solutam. Albercium porrò ad pau-
peres suæ Ecclesiæ alendos frumenti
modios ter mille quotannis præstan-
dos, ex Fiscis redditibus, impetrasse,
qui & præstiti dicuntur ad vsque
Apostatæ Iuliani tempora. hæc non
ex Actis modò apud Metaphrastem,
sed ex ipsis quoque profanis Scripto-
ribus explorata sunt.

*Meta-
ph. 22.
Orob.
Iul.
Cap. in
Marc.*

Hoc secundo horum Cæsarum an-
no, non tam iussu quàm permissu ip-
sorum in Christianos persecutio ex-
citatur impellente, ac faces quo-
dammodò subdente Crescente Cyni-
co Philosopho, alijsque eiusdem fa-
rinæ hominibus, qui Christianos pu-
blicæ quietis perturbatores concla-
mabant. præ cæteris horum calumnijs
impetitus Iustinus, post quàm alte-
ram Senatui Apologiam dederat (quæ
perperam ante aliam ad Cæsares col-
locatur) martyrium subire coactus
est

*Perse-
cucio
Chri-
stianos**Iustini
Marty-
riam.**Chri.
Ann.
164.
165.
Iustin.
orat.
ad Se-
natum.*

est vnà cum Socijs, quorum certamina ex Actis, quæ extant, pete. Praxedem quoque Sanctissimam Virginem delatam, quòd Còuentus domi cogere, eiusdem testantur acta, ex quibus constat Symitrium Presbyterum, cum alijs viginti duobus in ipso, quem diximus, Pastoris Titulo immisso satellitio iugulatum. reliquit Iustinus suæ disciplinæ Alumnum Tatianum, de quo mox dicturi sumus,

Chri. Sexagesimo sexto sæculi huius an-
 Ann. no Pius Pontifex primam Epistolam,
 156. ex his quæ extant, ad Iustum Viennen-
 167. sem Episcopum dedit, sequenti autem
 Tom. anno ætatis postremo secundam, *quas*
 1. Bibl. *Autor hic recipiat.* Martyrio igitur af-
 sanct. fectus Successorem habuit Anicetum
 Syrum genere, qui totidem ferè annis
 Pontificatum administravit; sub cuius
 initium Marcion, nouorum dogmatum
 impius Assertor, Romam venit, de
 Tert. quo plura Tertullianus, qui illum non
 l. 3. E- soluta tantùm oratione, sed etiam
 piph. carmine infectatus est. illud mirum
 kar. eodem ferè tempore Romam itèm
 27. accessisse Marcellinam, ex Gnostico-
 42. rum familia procacem Mulierculam,
 Iren. quæ & Viros docere ausa sit, & foe-
 l. 1. diffimos Conuentus agere non eru-
 s. 24. buerit. At enim diuina prouidentia,
 factum par est credere, vt sub eadem
 quoque temporâ Romam accesserint
 Polycarpus Ioannis Euâgelistæ Disci-
 pulus

Pij
 Papa
 marty
 rium.
 Anice
 tus suc
 cedit.
 Marc.
 Mar-
 cellina

pulus effoeta iam ætate Senex venerandus, & Hegesippus morum Sanctitate æquè, ac doctrina insignis, de cuius stylo, atque eruditione Eusebium, ac Hieronymum consule.

*Parthi-
trium-
phati.* Lucius porrò, Parthico bello foelicer confecto, Romam reuertitur, & cum Collega Triumphū agit speciosissimum, dum interim bellum Marcomanicum ambo meditantur; cuius

Chri.
Ann.
168.

terrore, addita etiam lue, quæ vulgò grassari cæpit, Principes non tam solliciti, quàm superstitiosi redditi, supplicationes, & lectisternia, & placationum huiusmodi genera omnia per Diuum Puluinaria decernunt, quo factum, vt Mystarum dolo, Populi levitate graua omnia in Christianorum impietatem referentium, iterum persecutio recruduerit, & vulgò Fideles eo solùm nomine, sacri præsertim Antistites, Populi clamoribus ad supplicia vocarentur. ea de causa Polycarpus Smyrnensium Episcopus, rei Christianæ columen, tot antea procellis superstes, Triumpho splendidissimo vitam antea actam illustravit. extat Epistola Smyrnensis Ecclesiæ apud Eusebium, qua eius certaminis Acta recensentur. alios etiam cum Polycarpo martyrium passos Eusebius idem

Chri.
Ann.
169.

*S. Poly-
carpi
marty-
rium.*

l. 4. c.
14.

*Pestilē-
tia la-
tē sa-
uit.* Vulgaris interim lues, quam secum detulisse Lucius cum exercitu remeās fere-

ferebatur (quæcumque etenim pertransisset, Vrbes, ac Vici ea statim corripere visi sunt) orbe ferè vniuerso, Romæ imprimis multos mortales absumebat. itaque ad bellum Marcomanicum seruos armare, aliosque præter morem oportuit, neque eos tantum, quòd bello Punico vsu venit, verum etiam latrones, & omnis generis fontes, & crimosos, insuper Ger-

Opusc. de praesag. l. 3. c. 3. d. mor. manorum auxilia aduersus Germanos emptæ. meminit eiusdem pestis Gale-

vulg. l. 3. c. 3. d. mor. nus, qui tùm Romæ erat, sed statim,

l. 3. c. 3. d. mor. illud scitu dignum, quod Capitolinus

l. 3. c. 3. d. mor. tradit, eam Babylone ortam, cum à

l. 3. c. 3. d. mor. milite aurea arcula è Templo Apolli-

l. 3. c. 3. d. mor. nis sublata, ac referata, noxium spiri-

l. 3. c. 3. d. mor. tum exhalauit. Diuino factum con-

l. 3. c. 3. d. mor. silio existimandum est, vt, quem de-

l. 3. c. 3. d. mor. mentes Populi Medicinæ Deum, &

l. 3. c. 3. d. mor. Medicorum Parentem crederent, di-

l. 3. c. 3. d. mor. ræ luis haberent Authorem. verum

l. 3. c. 3. d. mor. hæc omnia vulgò ad Christianorum,

l. 3. c. 3. d. mor. vt diximus, inuidiam, suadente Dæ-

l. 3. c. 3. d. mor. mone, accipiebantur: sanè omni æuo

l. 3. c. 3. d. mor. huiusmodi in nos querela audita est.

l. 3. c. 3. d. mor. ea ipsa motus Augustinus (cuius æta-

l. 3. c. 3. d. mor. te Romanum Imperium barbararum

l. 3. c. 3. d. mor. Gentium illuue pessum ierat) erudi-

l. 3. c. 3. d. mor. tissimos, quos de Ciuitate Dei inscri-

l. 3. c. 3. d. mor. psit, commentarios scripsit.

Hoc eodem anno Ecclesiæ Anthio-

chenæ præficitur Theophilus Vir do-

Pestilentia ortus mirus.

ctissimus, de cuius lucubrationibus multa Eusebius, ac Hieronymus; deque Hermogene, aduersus quem idem Theophilus scripsit.

Euseb. chron. & hist. l. 4. c. 19. & 23. Hier. de script. Eccl. & ep. 15. Chri. Ann. 171.

Bellū Marcomanicum L. Veri obitus.

Instructo iam ad Marcomanicum bellum exercitu, ambo Augusti Vrbe cum copijs excedunt. Aquileiam cum peruenissent, Barbari, qui illuc ferè usque peruenerant, formidinem, atque terrorem præ se agentes, terga, tum quidem malè inter sese coalescentes vertunt. At Lucius, dum eodem, cum Collega, vehitur curru, Apoplexiâ, repente correptus interijt. tum superstes Augustus Lucij funus curaturus in Vrbe redijt, illumque inter Diuos ex S. C. relatum in eadem, quam

Galenus.

diximus, Hadriani mole condit. tum intermissum repetit bellum: Galenus iussum se Augustum sequi scribit; cæterum id cum inuitus faceret, Romæ subsistere permissum. Prodierat non ita pridem Impostor quidam Alexander, (cuius fraudes ex morum similitudine exploratas habuit Lucianus) Is

Gal. de pra. cogn. ad. Postum. c. 9. Lucian. in Pseud.

Serpēs Æsculapius creditus. Luciani mors.

Æsculapij sese Interpretem (qui tum fortè serpentis specie visus dicebatur) venditabat. explorato igitur Dei oraculo, certam Augusto Victoriam spopondit, qua ille spe fretus, hostium viribus inconsultè nimis tentatis, in maximum Legiones discrimen adduxit. huc spectant quæ de Luciano refert Suida, eum extrema iam ætate,

te,

te , qui omnes proscindere canino dente consueuisset , à canibus lacera- tum ; impietatem demum cum vita exuisse .

Sur. 19. Julij. Chri. Ann. 172. Euseb. l. 4. c. 25. Hier. de scri pt. Ec- cl. Sub hoc idem tempus martyrij pal- mam adepti Geruasius , ac Prothasius perhibentur .

Gerua- sius, ac Pro- thasi- us mar- tyres. Melito Sardē- sis.

Cæterùm cum Christiana vbique res , siuè à Præsidum sæuitia , siuè ab improborum hominum calumnijs, pa- cem habere haudquaquam posset; Me- lito Sardenfis Episcopus, Vir insignis, luculentam Apologiam & ipse Au- gusto obtulit. huius fragmenta qua- dam ex Eusebio Author hic recitat , additque catalogum tum librorum , quos edidit , tum quos ex sacris literis pro authenticis , ac legitimis agnoscit . Eadem libertate , & doctrinæ fama Apollinaris Hierapolitanus Antistes Apologeticam orationem , aliaque permulta ab Eusebio recensita , scri- psit . Fœcundior sanè Christianæ do- ctrinæ hæc ætas fuit . Itaque hic nu- merandi sunt Philippus , qui in Mar- cionem scripsit , Gortinensis Episco- pus: Modestus, qui in eundem : Mus- anus, qui aduersus Encratitas : Pinthus Gnosifæ apud Cretam Episcopus, ali- que permulti omni disciplinarum ge- nere instructi , qui aut Hæreticorum fraudes , aut Gentilium calumnias in- genij veluti mucrone ingularunt .

Apol- linario

Hære- sis Mō- tani.

Chri. Ann. 173: Anno M. Aurelij XI. sæculi LXXIII.

Euseb. ron. hist. l. c. 19. Julij. Chri. Ann. 172. Euseb. l. 4. c. 25. Hier. de scri pt. Ec- cl. Apol- linario Hære- sis Mō- tani.



Hære- exordium accepit Hæresis, quæ *iuxta*
sis Mō- Phryges dicta fuit, Authoribus Mon-
tani. tano, Priscilla, & Maximilla infans
 Vatibus, quæ quamvis alia ratione,
 Christianæ rei noxia non fuisset, hoc
 certè nomine fuit pestifera, quod Ter-
 tullianum, tantum Virum, veneficio
 veluti fascinatam, dementavit, ac
 Catholicæ Ecclesiæ subripuit; At quis
 fraudes Dæmonis satis admiretur? ec-
 ce tibi, qui non ita pridem Gnostico-
 rum, quas retulimus, turpitudines in-
 uexit, his cum se parùm profecisse,
 animaduerneret, Ieiunijs, Continētia,
 Martyrio, Vaticinijs, rem agere ag-
 greditur. verùm enimverò dolum non
 satis occuluit; adeò namque in aduer-
 sam, à Gnosticis, partem à recta vir-
 tutis orbita declinavit, ut, cum sese
 iam proderet, diutiùs impunè delite-
 scere nequaquam valuerit. itaque Viri
 doctissimi in Montani dogmata stylum
 acuunt. Hi fuere Apollinaris, Apollo-
 nius, Milciades, Serapion, alijque non
 pauci: imò Tertullianus ipse, qui, hu-
 iusmodi deindè larua deceptus, omni-
 bus intentis neruis, eidem patrocini-
 natus est. Verùm quod ad Montanum
 spectat; fuisse illum Eunucum tradunt,
 seque Paraclerum à Christo Domino
 promissum Ecclesiæ venditasse. fana-
 ticè autem mira per rerum inuolucra,
 non ipse tantùm, sed ipsius etiam,
 quas diximus, Prophetides vaticina-
 ban-

Euseb.
chron.
Eccl. hist.
l. 5. c.
15.
Epiph.
her. 48.
Hier.
ep. 54.

Scripto
res ad-
uersus
Monta-
num.

Mōta-
ni dog-
mata.

bantur: continentiam ita commenda-
bat, vt coniugia damnaret, iuberet
diuortia. Ieiunia plus quam Iudaica
superstitione sanciuit. Martyrium ita
per simulatum Idolorum cultum (quod
Gnostici factitabant) non declinan-
dum, vt sponte, ac per voluntariam
sui delationem subeundum præcipe-
ret. alia id genus de Montani errori-
bus referuntur; quò magis Tertulliani
deplores casum, qui Vir alioqui pru-
dentissimus, doctissimusque mulier-
cularum commentis traduci se pueri-
liter passus sit. eius, post lapsum, ine-
ptias, ac deliria, habes apud Pame-
lium in Paradoxis (quæ vocat) Ter-
tulliani, ab eo collectis.

Chri. Tertulliano non absimilis Tatianus, *Tatia-*
Ann. Syrus genere, ex Platonico Philoso- *nus.*
174. pho Christianus, Iustino Martyre Ca-
Iren. l. thechista; multa Romæ, ac alibi, do-
I. c. 3. cuit, multa scripsit proficua æquè, ac
Euseb. l. 4. c. honorifica; in primis autem, egregium
27. volumen aduersus Gentes. in Orien-
Fpiph. har. tem cum reuertisset, in hæresim lap-
46. sus, Encratitarum Author extitit. Con- *Encra-*
tita.
vt Matrimonium à scortatione nihil
differre existimauerint. sacra Myste-
ria aqua, non vino peragebant, ex
quo Aquarij ab Augustino dicti. al-
terius Dei esse Legem, alterius Euan-
gelium affirmabant, quod ex Marcio-
ne mutuati videntur. vnum ex qua-

*Har-
monia
Euan-
gelica.**Iulij
Cassia-
ni erro-
res.**Seue-
riani.*

tuor Euangelijs Tatianus effecit, quod *Diatefferon* appellauit, non tamen sine fraude, cum multa, Christi in primis Genealogias prætermiserit. Opus hoc alioquin perutile, Ammonius Alexandrinus, redditis quæ deerant, edidit, & *Harmoniam* vocauit, quod & alij postea, non sine ingenij laude, præstiterunt. eiusdem Hæresis dogma fuit, abstinendum à vino, & animatis; Foeminas ad sacra Mysteria admittebant, quibuscum, & viuebant; adeò, vt qui Cõtinentiam commendabant, turpitudinem maximè sectarentur. Tatiani Asectam fuisse tradunt Iulium Cassianum, qui ex disciplina fuerat Valentinus: Is ad Tatiani dogma roborandum, librum scripsit de Continentia, & Castitate, in quo, Lignum primis Parentibus vetitum apud sacram Genesim, Matrimonium est interpretatus; & ex Pseudoëuangelio secundum Ægyptios, Christum retulit cum Salome loquentem, & Matrimonium detestantem. hæc, & alia ex eo Clemens, cui talia insectanti, vtinam eius Auditor Origenes auscultasset. Seuerus quoque, ex quo Seueriani, ex Tatiano, vt videtur, vino suis interdixit, quod diceret vitem de terra, & Sarna germinasse: deterius nihilominus vetus testamentum respuit, carnis resurrectionem abnegauit.

His, alijsque Hæreticorum conatibus,

*Clem.
Alex.
strom.
l. 3.**Euseb.
l. 4. c.
27.
Aug.
de har.
c. 24.
Chri.**Ann.
175.*

tibus, veluti machinis, impetita Ecclesia, gladio adhuc persecutionis favente (quo sublatus est Anicetus) nequaquam labefactata est, ut planè constet firmissima super Petra, quæ Christus est, fuisse fundatam, illudque audacter liceat usurpare *Porta inferi non pravelebunt adversus eam.*

Capite igitur plectitur Anicetus, exacto Pontificatus anno nono. Huic tribuitur decretum de coma à Clericis nequaquam nutrienda. cæterum de clericali tonsura alia occasione diximus Annalium tomo primo. Martyrium Romæ cum Aniceto sunt passi alij complures. præ his autem commendatur Foelicitas, quam D. Gregorius plus quam Martyrem vocat, cum septem Filios suo triumpho præmiserit. Hanc, & Petrus Chrysologus Ravennæ Episcopus, pro concione laudavit. dubitasse scimus Virum eruditum ob Græci nominis cum latino congruentiam, an hæc Martyr eadem fuerit cum Symphorosa; sed temporis, Patriæ, supplicij, nominis Filiorum diversitas eximere dubitationem posse haud ægrè videntur. Eodem tempore passi martyrium dicuntur Iulianus Soræ, Spoleti Concordius, & Pontianus; Perusiæ Constantius eius *Cöstã-* Urbis Episcopus: alijque permulti, *tius Pe-* quos in nostris quoque ad Martyro- *russis* logium notis recensemus. Anicetum Episc. *sequi-* *mart.*

Anice
ti PP.
marty
rium,

Fœli-
citas,
cū sep-
tem fi-
lijs
mart.

Cöstã-
tius Pe-
russis
Episc.
sequi-
mart.

sequitur in Pontificatu Soter, de cuius
 beneficentia in omnes latè Ecclesias,
 in Pauperes, ac pro Christi Fide car-
 ceri addictos, aut ad metalla damna-
 tos, præclarum testimonium Eusebius
 affert ex Dionysij Corinthiorum An- *Euseb.*
 tistitis Epistola ad Romanos, eandem- *l. 4. c.*
 que consuetudinem ad sua vsque *23.*
 tempora viguisse scribit. quam sanè
 consuetudinem, dum hæc ipsa scri-
 beremus, reuocasse, ac restituisse vi-
 sus est Gregorius huius nominis XIII.
 Pont. Max. cuius effusa munificentia
 in omnes Christiani Orbis Regiones
 peruasit, atque in ipsos adeò Antipo-
 das penetrauit. itaque præter literaria
 magno numero studiosorum Iuuenum
 Collegia ex omnibus pœnè Nationi-
 bus, varijs in Urbibus, ac Regnis,
 redditibus annuis attributis, instituta;
 in egentes vbique terrarum, pietatis
 præsertim causa extorres, pecuniæ
 vim maximam effudit. cuius summam
 ex publicis Pontificij ærarij, ac priua-
 tis rationibus collectam conficere
 compertum est, Sestertium octingen-
 ties, hoc est vicies centena aut eorum
 millia, cuius rei præclarum monumen-
 tum extat sub eius Statua ex S. C. in
 Capitolio collocata.

Diony-
sus Verùm ad Dionysium Corinthium *l. 4. c.*
Corin- reuertamur; Hunc Eusebius ea tùm *22.*
thiorū. fuisse fama tradit, vt, Eo adhuc super-
Episc. stite, eius epistolæ ad varias Eccle-
 sias,

Grego-
rij
XIII.
enco-
mium.

stias, quas enumerat, ab eo datas, fuerint ab Hæreticis deprauatæ. idem Eusebius alios quoque eius ætatis Scriptores Christianos recenset de Bardesane, quamquam à catholica veritate aberrante multa refert. Is Valentini Sectator fuit, *qua occasione multa hic habes ab Authore de alijs nõ nullis eiusdem Valentini Assectis, deque illorum fabulis, ac opinionum portentis.*

Chri.
Ann.
176.

Romanus exercitus quadriennio iam difficili bello aduersus Marcomanos, aliasque tum barbaras Nationes implicatus, & in maximum discrimen sæpius adductus, ope tandem Christianorum Militum fufis ad Deum precibus, non solùm ab infestis hostium armis, quibus premebatur, eripitur, sed victoria diuinitùs parta gloriosissimè potitur. rem gestam fufius Christiani Scriptores narrant, sed quibus fidem abrogare non liceat, cum, vt de re cõperta, paucis post annis scripserint. Profani sanè Scriptores rem inuoluunt, & Marci pietati, aut magicæ arti miraculum adscribunt: quipè cum Romanus exercitus rerù omnium inopia laboraret, & sex ipsos dies omni potu careret, Christianorum Milites, qui magno erant numero, genu flexo, sublatisque in cælum manibus, oculisque, optatam repente pluuiam impetrarunt, eodemque

Tert.

Apol.

c. 5. &
ad

scap. c.

4. Euseb.

lib. 1. 5

c. 5.

Iul.

Capit.

& Dio

in M.

Aur.

Chri-
stiano-
rum
militi-
miracul-
culi.

tem.

eb.
c.

c.

temporis momento hostium circumfusa multitudo dira grandine, atque fulminibus disiecta est. extant ipsius M. Aurelij literæ in calce operum Iustini, quæ olim in Traiani foro descriptæ erant; rei quoque gestæ imago marmore expressa, in ipsa cochlide, quam diximus, Antonini Columna adhuc visitur.

*Cassij
Rebel-
lio.*

Qui sequitur annus insignis est Aurelij Cassij cæde, quo Duce Lucius, ut diximus, Parthos deuicerat. Is accepto falso nuncio de Marci in Germania obitu, Cæsarem se à Legionibus dici curauit, quod autem nomen temerè assumpserat cum tutò deponere nequaquam posset, per vim studuit retinere. tertio tamen vix mense elapso à suis ipsis Militibus occisus est. Tertullianus, dum Christianos à Fide in Principes commendat, eorum nullum Cassiana defectione, quemadmodum neque alias ante ea tempora, implicitum fuisse gloriatur.

*Chri.
Ann.*

177.

Iul.

Capit.

*de Dio
in M.*

Aur.

Tert.

Apol.

c. 35.

*M. Au-
rel. in
Oriente
Fau-
stina
Vxoris
obitus.*

Cæsar bello Germanico defunctus, orientales Regiones, Cassij defectione nutantes, confirmaturus, illuc profectus, Faustina Vxorem ex itinere amisit. Hæc ob impuditiæ famam malè hæctenus, conuiuente, aut inscio fortasse Viro audierat, Diuinos tamen honores, & Templum S. C. consequuta est. Alexandrinis, qui Cassio fausta dixerant, veniam dedit.

Chri.

Ann.

178.

Cas-

Cassij quoque consanguineis peper-
cit. in Italiam cum rediret, naufragium
pænè est passus. Romam demum re-
uersus incolumis, cum Filio Cōmodo,
quem Cæsarem dixit, triumphauit.

Mar-
cus cū
filio
trium-
phat.

Chri.
Ann.
179.

Successu itaque rerum lætus, dum,
benè merendi studio, omnia omnibus
indulget; Christianos iterum Gentiliū
libidini exponit. impij homines, quò
Cæsaris edictum antea promulgatum
eluderent, Christianis iterum cænas
Thiesteas, Oedipi nuptias, aliaque
Gnosticorum flagitia obiectare, secre-
tos Cōuentus, conspirationes, seditio-
nes prætexere, quicquid publicæ, pri-
uatæue cladis, accidisset; eorum impie-
tati tribuere. His, alijsque id genus cri-
minationibus, cuiusque fermè Ciuita-
tis Populus incitatus, consueta in eos
capitis iudicia, clamore, ac tumultu
peragit. immanè quantum in Christi
gregem noua hac conspiratione sæui-
tum, est. extant apud Eusebium, Vien-
nensis Ecclesiæ, ac Lugdunensis, ad
Asianas, epistola, qua suorum Ciuium
pro Christo certamina recensent. Ad
hæc eadem tēpora spectat Athenago-
ræ Christiani Philosophi ad Cæsares
Apologia, ex qua multa hic habes ab
Authore relata, omninò legenda.

Euseb.
l. 5. c. 1
Aug.
d. cur.
mort.
c. 6.
Sur.
22. &
24.
April.
Greg.
Tur.
d. glor.
mart.
c. 49.
Ado.
die 2.
Iun.

Hoc eodem sæuientis procellæ im-
petu sublatus est Soter exacto Ponti-
ficatus anno quarto. Huius esse de-
cretum fertur, ne Foeminæ, etiam
quæ

Athe-
nago-
ras
philo-
sophus
Chri-
stia-
nus.

Soteris
mors.
Eius
decre-
tum.

*Eleu-
terus,
p.p.*

*Irenæus
265
Roma.*

*Bellū
Mar-
coma-
nicum
redin-
tegra-
tur.
Lues
iterū
savit.*

*Irenæus
us cre-
atur
Episc.*

quæ Diaconissæ essent, quibus hactenus licuerat, sacram Pallam contingerent, neuè thus adolerent. hoc ideò factum putamus, quòd Montani tùm Mulierculæ sacris Ministerijs impudenter sese immiscerēt. Soteris morte sublectus est Eleuterus. ad Hunc Legatus cum literis mittitur, à sacris Confessoribus, qui apud Lugdunum in vinculis erant, Irenæus eius Ecclesiæ tùm Presbyter, qui aliquamdiù Romæ moratus Apostolicis ritibus, ac traditionibus imbutus, & custodire eas in Gallia, & locupletissimè testari potuit. cæterùm. iusto Dei iudicio factum videtur, vt Christianorum precibus parta, vt diximus, Romano Imperio Pax, quod beneficium Princeps æquè, ac Populus non agnoscerent, Barbarorum iterum coitione turbarentur. ad redintegrati belli incommoda vulgaris iterum lues accessit, quodque Augusti animum acrius exulcerauit, Filij mores iam tùm corrumpi, ac deprauari cæpti, cuius rei mærore Patrem ita in dies afflictatum ferunt, vt demum tædio vitæ, cibi, potusque abstinentia, mortem anticipauerit, quam apud hostes, in quos statim perrexit, postea oppetijt.

Photino Lugdunensi Episcopo iam Christi nonagenario Martyrij palmam adeptopro, Irenæus subrogatur, Legatione, quam diximus, tùm perfunctus, Au-
dito-

*Ado.
die 20
Iun.*

*Euseb.
l. 5. c. 4
Iren. l.
3. c. 1.*

*Iul.
capit.*

*Euseb.
l. 5. c. 6*

*H
d.
pe
cl
ep
E
be
3*

*C
A
I
E
c
M
p
c*

Hier. ditor Is fuisse dicitur Polycarpi, ab
d. scri- eoque ex Asia in Gallias missum. nec
pt. Ec- Polycarpi tantum, sed Papiæ quoque,
cl. & qui & ipse Ioannis Euangelistæ Audi-
ep. 29. tor fuerat. de tanti Viri doctrina,
Epiph. (quæ Tertullianus coëuus Author, om-
her. 24 nium doctrinarum exploratorem vo-
31. cat) deque conscriptis ab eo libris, ac
 rebus gestis *fusè hic Author quæ con-*
sule. græcè autem illum scripsisse om-
 nes consentiunt: Apostolicis, aduersus
 hæreticos, traditionibus maximè est
 vsus. denique Ecclesiæ columnen om-
 nium sententia est habitus. *hoc loco*
Author, sumpta ex Irenæi dicto occa-
sione. quadam tradit de Esdra, deque
restituitis per eum, ut tradunt, Sacris
litteris post captiuitatem Babylonicam,

Chri. Huic anno Eusebius tribuit Iuliani,
 Ann. post Agrippinum in Sede Alexandrina
 181. successionem, eademque in Vrbe
 Euseb. Templi Serapidis conflagrationem.
 chron. Nicephorus autem historiam de Iu-
 Nice- dæo narrat, cuius fides penes Autho-
 ph. l. 3. rem sit. hunc ait per arida loca iter
 c. 37. cum Christianis facientè, morbo cor-
 reptum, Baptismum expetiisse, penu-
 ria autem aquæ, arena ter adpersa,
 ad inuocationem Sacrosanctæ Tri-
 dis, fuisse baptizatum, & huiusmodi
 qualicumque baptisinate vires statim
 cum valetudine recuperasse, institu-
 tumque iter perfecisse. hac postmo-
 dum super re consultum Dionysium,
 quem

*Iudæ-
 us fide
 conua-
 luit.*

quem diximus Corinthiorum Episcopum maximæ tum famæ Virum aqua abluendum ad sacramenti perfectionem censuisse.

M. Au Annum secundum in Germanica
rely expeditione Augustus iam agebat,
mors. cum publicis priuatisque confectus

Chri.
Ann.
182.

Cōmo-
du
Impe-
rior.

curis, apud Pannoniam voluntaria morte, ex inedia extinctus est. Exacto Principatus anno XIX. ætatis nondum LX hæreditarium statim Imperium cepit Commodus, qui cum Patre in castris agebat, annos natus XIX. Is belli propè iam confecti curam remittens, Romam redijt, vbi haud ita multò post in omnia scelera prolapsus, Caium, Neronem, ac Domitianum retulit. eius tamen iussu, quamdiù imperauit, nullum Christiani negocium, Religionis causa, exhibitum. vt intelligamus in ultionem innoxij Christiani sanguinis à Deo datum. vix enim vllus ex his, qui, Patre imperante, Vrbes rexerant, aut Prouincias, quique iniquissimis sententijs Christi Martyres per ludum, aut tumultum damnauerant, eius gladium euasit. cur autem huiusmodi sæuitiæ Monstrum à Christiano sanguine temperauerit, huic etiam causæ adscribitur, quod Martia eius Pellex, cui Augustæ honores ferè omnes tribuit, Christiana esset, aut Christiani certè nominis studiosa.

Dio &
Læpri.
& Com.
Herodian.
l. 1.

Dio in
Com.

Hu-

Chri. Huiusmodi Ecclesiæ tranquillitate
 Ann. iam parta multi ex Gentilibus illustri
 183. quoque loco nati Christiana suscipi-
 Euseb. unt sacra: nee Romæ tantum, ac per
 l. 5. c. Italiam, sed ex omnibus ferè Prouin-
 20. cijs, ac nationibus, præ cæteris autem
 Bed. insignis fuit Britannorum Rex Lucius,
 de gest. qui diuina perfusus luce, legatione
 l. 1. c. 4 ad Eleuterum missa, acceptisque ab
 eo sacris Ministris, Christianis sacris
 initiatus est. neque verò his Fidem
 abrogare quis audeat ex eo, quòd ea
 Insula dudum Romano sub Imperio
 esset, ac proindè Regem habere ne-
 quaquam posset. constat enim ex his
 quoque, quæ à nobis sunt tradita, ,
 numquam totam fuisse subactam, ip-
 siusque Hadriani iussu, post Claudium,
 Romanos, hoc est qui Romanis pare-
 bant, muro à Barbaris fuisse disjun-
 ctos. horum quæ diximus Fidem abun-
 dè, vt putamus, firmant Tertulliani
 eius ætatis Scriptoris verba, qui ait,
 Tert. *Britannorum inaccessa Romanis loca*
 adue. *Christo sunt subdita.* itaque mirum
 Iud. videri non debet si ea Insula, qua par-
 c. 7. te Romanis armis adhuc erat imper-
 uia, Regem habuerit; nisi si quis sen-
 tire malit, fuisse Lucium Regulum
 quempiam Romano sub Imperio do-
 minantem, quemadmodum alios per-
 multos, tum fuisse constat.

Lucius
 Britä-
 nia
 Rex
 Chri-
 stianus

Chri. Sub hæc tempora noua sacrorum *Tertia*
 Ann. Librorum translatio à Theodotione *Biblie*
 184. est

orum est edita, quæ tertia dicenda erit, si
trōsla- primam quæ à septuaginta duobus
tio à Interpretibus Ptolemæi Philadelphi
Theo- iussu facta est, secundam quæ ab Aquila
dotio- Pontico, Hadriano Principe, nume-
re. remus. cæterùm Theodotionē Ephe-
 sium Patria, secta Marcionitam fuisse
 tradunt, postea tamen ad Iudæos tran-
 sisse. huiusmodi translatio, adhibita
 Origenis censura, ab Ecclesia rece-
 pta tum fuit.

Panta- Pantænus ex Stoicorum disciplina, *Chri.*
nus. Christianus Philosophus sacras literas *Ann.*
 Alexandriae docebat magna doctrinæ *185.*
 pariter, ac sanctimonix fama. Is Apo- *Euseb.*
 stolico spiritu incitatus ad Indos Chri- *l. 5. c.*
 stiana Religione imbuendos perrexit, *10.*
 exposcentibus id eorum Legatis ad
 Demetrium Alexandriae Episcopum
 missis. inter Pantæni Auditores præ-
 cipuus eruditione fuit Clemens Ale-
 xandrinus, qui Origenem instituit, de
 quibus alibi dicturi sumus. Pantæni, *Marty*
 ut potè Viri sanctissimi, dies anniuer- *rolog.*
 saria notatur in tabulis Ecclesiasticis, *7. Jul.*
 ipsis Nonis Iulij. *Chri.*

Ad annum huius sæculi LXXXVI. *Ann.*
 Maximi Hierosolymorū Episcopi or- *186.*
 dinationē refert Eusebius, vbi & Suc- *in*
 cessores illius octo ordine enumerat. *chron.*

Sequenti autem anno data legitur *Chri.*
 Eleuteri Papæ Epistola ad Galliarum *Ann.*
 Episcopos, in cuius calce cum scribat *187.*
 Vniuersalis Ecclesiæ illis curam fuisse
 à Chri-

Chri
Ann
188

Chri
Ann
189
Euseb.
chro
l. 5.
20.

Her
dian
l. 2.
Dio.
Com.
Chri
Ann.
190.
191.

à Christo commissam, germanam eorum verborum interpretatione Author affert, ne his nostrates Sectarij (quod fecerant) amplius sibi plaudant.

Chri.
Ann.
188.

Septimum Principatus agebat annum Commodus, cum Augustalem Ægypti Præfecturam Philippo decernit, quam non nisi octavo iniit, summaque postmodum cum laude gessit. Hic est ille Philippus, qui ab Eugenia Filia ad Christi Fidem conuersus, cum eadem Martyrium deinde subiit sub Seuero; vt dicturi mox sumus.

Philip-
pus
Ægypti
Præf.

Chri.
Ann.
189.

Perennius Præfectum Prætorio tum agebat summa cum authoritate, Seianus alter; quippe in illum Commodus Imperij curas omnes veluti exonera-

Euseb.
chron.
& hist.
l. 5. c.
20.

uerat. Hic Apollonium Christianum hominẽ ex Ordine Senatorio, Philo- sophiæ quoque studijs percelebrem, cum librum de Christiana Fide scrip- sisset, ac Sënatui perlegisset, capite damnauit. ergò quòd Roma iterum Christiano se sanguine polluerit, de- bitas statim pœnas dedit: nam vulgari correpta iterum lue, miserè absumpta est, cum ad duo hominum millia quo- tidie efferrentur. fulmine in Capito- lium decidente. Bibliotheca cum adia- centibus latè ædibus deflagrauit; Per- ennus ipse Seiani exitum sortitus est.

Apol-
lonius,
senato
Chri-
stianus
marz.
Pestis
Roma
& in-
cēdia.

Hero-
dian.
l. 2.
Dio. in
Com.

Proximi duo, qui sequuntur anni habent tantum successiones Antisti- tum quorundam Alexandria, atque

Chri.
Ann.
190.
191.

An-

*Docita
Here-
tici*

Antiochiæ, aliarumque Palæstinæ Vr-
bium ex Eusebio, quorum præcipuus
doctrina Seraphion Antiochenus: Is
præter alia, quæ scripsit, censuram
adhibuit Euangelio, quod Petri dice-
batur, quo utebantur Hæretici Do-
citæ, hoc est Opinatores, nuncupati,
qui Mysterium Incarnationis non ve-
rè, sed tantùm apparenter peractum
docebant.

*Com-
modi
demē-
tia.
Risus
capita-
lis.*

Vndecimo Principatus anno Com-
modus munera edidit omnium, quæ
hactenus edita fuissent celeberrima. in
his autem non Spectator modò fuit,
sed etiam Actor: prodijt namque
Herculem referens, Leonis Exuuijs,
Clauaque insignis. testatur Dio, qui
tùm inter Senatores aderat, lauri se-
folia ex corona, quam habebat, ad ri-
sum cohibendum deuorasse. multos
porrò, qui risum non tenuerant, iugu-
latos. ex Christianis etiam quidam
huiusmodi stultitiam, non risu prose-
qui sat esse putantes, dictis palàm in-
cessere ausi sunt: ea igitur de causa ad
vanissimum Principem delati, capitis
poenam subierunt. Hi fuere Eusebius,
Pontianus, Vincentius, Peregrinus, ac
omnium præcipuus Iulius Senatorij
ordinis Vir clarissimus, qui tandiù fu-
stibus ignominiosè est cæsus, quòd ad
animam efflaret. Eusebius verò auulsa
lingua cum adhuc loqueretur, Anto-
ninum Carnificem, miraculo lattoni-
cum,

l. 6. c. 3
in
Chron. Ann.
Clem. 193
Alex. Her.
str. l. 3 l. 1
Chri. Dio.
Ann. l. apr.
192. Com

d. b.
Van
Lap
in C
mo

Ch
Ant
194

tum, ad Christi Fidem perduxit, & numero addidit Confessorum.

Qui sequitur annus publica priuataque Romæ iactura insignis fuit. Templum etenim Pacis cunctorum tota Vrbe maximum, pulcherrimumque, ex Iudæorum manubijs à Vespasiano extructum, in quod plerique Ciuium preciosiora quæque seruanda contulerant, seu nocturno fulmine, seu alia, quæ resciri nequijt, ratione, incendio absumptum est. nec stetit flamma; deficientibus namque ex eo alimentis, Ædem Vestæ, aliasque tum publicas, tum priuatas corripuit, multosque iam dies peruagata repentino tandem imbre extincta est. consumpta tum fuisse opima Iudæorum spolia, & Hierosolymitani Templi diuitias constat. vasa tamen aliquot alibi fortasse seruata ad Honorij vsque tempora permansisse Procopius tradit, eaque Vandolorum spolijs cessisse. cæterum Commodum Neronis famam qualemcumque, vt in alijs, in hoc quoque æmulatum, Urbem incendere nisi absterrius fuisset à Læto, qui Prætorio præerat, exoptasse Lampridius est Author, Is, qui Cæsarum probra, quæ reticere fuisset satius, non sine suo ipsius probro, in lucem profert.

Templum
Pacis
incensum.

Eleuterus exacto Pontificatus anno XV. extinguitur, incertum an gladio. sanè apud nonnullos Martyris

Eleuteri
mors.

G

no-

.c.1
in
ron.
em.
lex.
l.3
l.1
Dio.
l.äpr.
Com.

d. bell.
Vand.
Läpr.
in Cö-
mod.

Chri.
Ann.
194.

nomen adeptus est. Huic Victor Afer
successit.

Victor.

PP.

At Commodus, quod Romanum *Euseb*
Populum vno ictu tollere, ex eodem, *l. 5. c.*
cum Caio, voto, nequiret, Primores *21.*
certè cupijt. itaque Lætus, quem dixi- *Hero.*
mus, Electusque Cubiculi custos, cum *dian.*
que His Marcia, qua de supra memini- *l. 1. Di*
mus, præ cæteris in discrimen addu- *Et Li*
cti, ac proindè facinus præripere coa- *pr. in*
cti, Narcissum Athletam promissis *Com.*
oneratum in Tyranni cædem extimu-
lant. Is ad luctam, ex more, prouo-
catus, aliquandiù dissimulato consilio,
opportunè demum, licet obluçtanti,
fauces elisit. Tyranni exitum quam
lætis auribus omnes excoeperint, te-
stantur Senatus æquè, ac Populi ac-
clamations, quas ex Mario Maximo
Lampridius refert. extinctus est, cum
annos in Imperio egisset propè trede-
cim, ætatis vnum, ac triginta.

*Com-
modi
obitus.*

*Perti-
nax
Imp.*

Eo sublato Ælius Pertinax obscu-
ro loco apud Albam Pompeiam natus,
per præcipuos tamen militiæ gradus
à Pompeiano, Marci Genero, euectus,
Principatum inuitus capeffit, Senatu
pariter, ac Militibus deferentibus,
quod sanè tutius vsquè renuisset. nam,
cum moribus esset seuerior, Populi-
que, ac Militum licentiam castigare
festinantius cæpisset, à Prætorianis oc-
ciditur, tertio Imperij mense non-
dum exacto. ætatis anno LXVII. Di-
dius

*Chri.
Ann.
195.
Dio
Iul.
Capit.
Pertin.
Entr.
l. 8.*

Dio in Jul. Aur. Vict. Spart. dius Iulianus homo disertissimus, cuius *Iulianus*
 suasu Pertinax fuerat interemptus ve- *nus*
 nale Imperium à Prætorianis auctio- *Imp.*
 ne adeptus est, HS. decem, hoc est
 aureos ducentos quinquaginta viri-
 tim pollicitus. Imperium gessit Decef-
 fore haud quaquam diuturnius, ab *Eius*
 iisdem Prætorianis, quos pari arte Se- *mors.*
 uerus emerat, interemptus; hoc
 adeptus, vt qui celebris ingenio vixe-
 rat, Tyrannide infamis moreretur.

Igitur Seuerus, qui Pannocinis præ- *Seue-*
 erat Legionibus, territo Senatu, eo *rus*
 quoque annuente Principatum ade- *Imp.*
 ptus est, gessitque foelicem æquè, ac
 diuturnum.

Herod l. 2. in fin. Eodem tempore Pescennius Niger *Pescen-*
 apud Syriam Imperator ab exercitu *nus &*
 dictus, Seueri arma in se conciuit. *Albi-*
 Albinum interim, qui, in Britannia cum *nus Imp-*
 exercitu dum esset, in Galliam vene- *perij*
 rat, Seuerus Imperij participem, ac *amulti.*
 Cæsarem dixit. hac arte vaser Afer,
 dum alterum ex Æmulis persequitur,
 alterum demulcet, vt tutius vtrumque
 subuertat, quod spe improba conce-
 perat, haud ægrè est consequutus.

Chri. Ann. 196. Tert. Apol. e. 5. & de pra. scripto. Res tùm nostræ tranquilla vbique
 pace florebat; nisi quantum nouæ
 subindè hæreses sacros Ministros, ac
 Pastores obdormiscere non sinebant;
 ergò cum Theodotus quidam Byzan- *Theo-*
 tius, postquam pro Christi nomine *dotus,*
 comprehensus Christum abnegauit,

& pudore ductus solum vertere co- *c. vi.*
 ctus est, crimini crimen addens, ipsam *Epiph.*
 Christi Diuinitatem impugnare insti- *her. 45*

tuit. Hunc Victor Romanus Pontifex,
 pro Sedis authoritate, damnauit; eique
 Christianis Sacris, de more, interdi-
 xit. *hic de alijs nonnullis Theodoti, ac*
Montani Assectis, deque his, qui illos
impugnarunt, Author differit; & data
occasione de Melchisedeco, quem an-
tiquiores quidam Angelum fuisse, &
Theodotus alter, Christo maiorem as-

Prax-
reas.

ferabant: de Praxea quoque, qui, Mon- *Tert.*
tani, ac Procli Sectator cum fuisset, adu.
ab ijs desciiuit, multisque ad ea, qua *Prax-*
didicisset, ex his, qua ipse postmodum *ream.*
somniasset, additis, noua secta Author *Aug.*
haberi maluit. *de her.*

Cle-
mens
Alex.

Hoc eodem tempore floruisse Cle- *c. 41.*
 mentem Alexandrinum, quem sæpius
 laudauimus Eusebius tradit; quam-
 quam Stromatum libros, in quibus de
 persecutione Seueri iam oborta me-
 minit, aliquot post annos scripsisse
 eum oportet. de Huius laudibus, ac lu-
 cubrationibus multa, ex Hieronymo,
 & alijs peti possunt: quod autem apud
 Illum Ecclesiæ antiqui mores, quasi in
 speculo conspiciantur; diuina factum
 prouidentia putandum est, vt, tot alijs
 deperditis, Eius magna ex parte ope-
 ra, ad nos vsque peruenerint.

Seueri
victo-
rio.

At Seuerus, Pescennio debellato, Chri-
 Osrhœnos, Adiabenos, aliosque ad Ann.
 Orien- 147.

Orientem Populos subegit, deque
his triumphum, ex more, egit. cuius
memoriæ extat adhuc, ad Capitolij
radices, Triumphalis Arcus multipli-
ci ornatu insignis, temporum iniuriæ
præ cæteris veterum monumentis
superstes, terra tamen, ex subsidente
congesta cliuo, semisepultus. sed hæc
non vno anno gesta, & Arcus huius-
modi si tum primùm erectus, & non
potiùs in altero, post annum Princi-
patus decimum, de quo alibi dicturi
sumus, triumpho; certè non statim
absolutus. constat enim Antoninum
Filium, qui in eo inscriptus legitur,
non nisi septimum iam annum Patre
Imperante, Augustum dictum, Colle-
gam assumptum, Getam verò alterum
Filium adhuc post biennium.

Seneri
Arcus
Triū-
phalis.

Hic quod Tertulliani opus de Pallio
hoc tempore ab eo scriptum quidam pu-
tarint; Author longè postea id factum
docet, deque eo opere, ac de Pallio, eius-
que usu, de ipsius quoque Tertulliani
ad Christum conuersione, ac vita ra-
tione, eruditè admodum differit.

Palliū
eiusq.
usus.

Chri. Sub eadem tempora, quod Asiæ Conci-
Ann. Ecclesiæ, Iudæorum ritu, adhuc Pa-
198. scha celebrarent decimoquarto die
Euseb. Lunæ, quisquis ille hebdomadæ dies cele-
l. 5. c. esset, contra quam Apostoli tradidit-
22. sent, & in reliquo ferè Christiano pascha
Bed. de Orbe seruaretur, Victoris Papæ ius-
Equi. su, atque autoritate Theophilus Cæ-
sareæ

fareæ apud Palæstinam Episcopus, Concilio Prouincialium Episcoporum coacto, decretum de Pascha die Dominico celebrando promulgauit. quæ nam autem eo in Concilio in disquisitionem venerint, tradit Beda *ab Authore hic relatus.*

Idem porrò Victor alijs quoque Asianis Episcopis præcepit, vt, coactis Concilijs, aut alia quacumque ratione, à Iudaica tandem aliquandò consuetudine recederent; minatus insuper eos se ab Ecclesiæ communionem amputaturum, quòd & præstitit. illa autem tantæ seueritatis suberat causa, quod iam mos ille in hæresim transire videretur cum à multis non tam permissio ritu, quàm noui præcepto Paracleti seruaretur. ex his probè constat, quanta esset Romani Pontificis in vniuersum Christianum Orbem auctoritas. verùm controuersia illa de Pascha toties agitata, ne tùm quidem dirempta est; imò neque in Concilio quidem Nicæno celeberrimo fuit omninò sublata.

Romani Pontificis auctoritas.

Athen. de Synod.

Byzantium deletum.

Hoc demum anno Seuerus Byzantium, quæ Vrbs à Pescennio steterat, post triennem obsidionem expugnatum deleuit, ac in Viculum rededit, quem ipsum, altero deinde sæculo vertente Constantinus Magnus, suo indito nomine, congestisque totius Romani Imperij opibus, in eam, in

qua

qua etiam nūm perstat, amplitudinem excreuit.

Chri.
Ann.
199.

Eo perfunctus bello, arma in Albinum vertit, quem pariter, ancipiti quamuis prælio, debellauit.

Albi-
nus
Victus.

Iudæi, qui à Pescennio insolitis tributorum exactionibus vexati fuerant, Romanum iugum excutere, eo extincto, cum voluissent, à Seuero, maxima accepta clade, deuicti sunt. quòd autem Iudæorum vexatio ad Christianos, qui in Palæstina magno numero erant, non pertinuerit, argumento esse possunt, quæ diximus de Concilio ibidem hoc ipso tempore coacto.

Iudæi
debel-
lati.

Euseb.
l. 6. c. 8
c. 9.

porrò Narcysus Hierosolymorū Episcopus, qui superiori anno eidē Concilio non interfuit modò, sed cum Theophilo etiam præfuit, suorum calumnijs circumuentus, volens, libenter solum vertit, & ad annos plurimos Anachoretam egit. quamquam ad Ecclesiæ curam, Adiutore dato, reuocatus ætatis annum excessit decimum sextum supra centesimum. testatur Eusebius, cum, ipso Paschæ peruigilio, leum ex sacris lychnis defecisset, aquam eius iussu iniectam, in oleum versam, ex eoque, a discipulis seruato, adhuc suo tempore superfuisse.

Nar-
cysus
Hierosol.
Episc.

Mira-
culum

Chri.
Ann.
200.

Seuerus ex Gallica victoria Romanam ouans init, cum Triumphum de ciuili sanguine agere nefas esset. exceptus à Senatu, & Populo laureato

*Seueri
fau-
ria.*

faustis vbiq̄ue acclamationibus, Populo Ipse congiarium, militibus pecuniam dedit. verum haud ita multo post luctum Ciuibus rependit pro gaudio, multis cuiusque ordinis occisis, qui, vel leui suspicione, Albini partibus fauisse comperti essent. quadraginta amplius Consularium, aut Praetoriorum nomina Spartianus recenset: denique, vt quisque idoneus Imperio videbatur, eandem subiit aeam. ad haec in eiusdem Senatus odium Commodum, pro concione laudatum, inter Deos retulit. vt. quod ait Spartianus, apertissimè illum furere appareret.

*Seue-
rus in
Par-
thos.*

Post haec arma in Parthos vertit. Antoninum Filium natu maiorem. ante biennium Caesarem dictum, Tribunicia potestate, reliquisque Imperatorijs ornatum insignibus Augustum nominat, simul Getam natu minorem appellat Caesarem, nouumque Populo congiarium, militibus donatiuum praebet. quo tempore (vt Tertullianus tradit, qui tum aderat) miles quidam Christianum se esse professus, dum renuit cum caeteris coronari, illustre subiit Martyrium. *hic de Tertulliani lapsu, lapsusque causa multa Author tradit, qua apud eum require.*

*Tert.
lapsus.*

Seuerus cum Filijs in Parthos profectus, Urbis regimen Plautiano reliquit, cuius Filiam Antonino Aug. despon-

*Te
Ap
c. 3**Chri.
Ann.
201.
Tert.
de cri-
mil.
c. 1.**I
co
A
2
T
h
l
F
J*

Tert.
Apol.
c. 35.

sponderat. Huic in mandatis datum, in reliquos, perduellionis utcumque compertos, animaduerneret. Horum cædes Tertullianus racemationem post vindemiam appellat. Idem porrò Tertullianus tradit tum in nostræ Religionis contemptum, à Nebulone quopiam tabulam expositam, in qua pictum animal visebatur asinino capite togatum vngula librum præferens hac cum inscriptione DEVS CHRISTIANORVM, quod Gentiles eadem illos, qua Iudæos calumnia incesserent, quasi Asinum pro Deo colerent, cuius Authorem constat fuisse Appionem Ægyptium, illum, quode alibi meminimus, quem egregiè refellit Iosephus. ex Appione autem idem tradidisse Tacitum, ac Plutarchum, & apud Suidam Democritum quemdam. mirum quidem est Ægyptium Hominem rem vitio Hebræis vertisse, quam eius populares laudibus sibi tribuerent, qui non foeda tantum animalia, sed & allia, cepas, aliosque huiusmodi Hortenses Deos adorarent. porrò Ipse idem Tacitus Hebræos ab huiusmodi labe vindicat, dum ibidem testatur Gn. Pompeium, Templum Hierosolymis ingressum, nullam omninò imaginem in eo reperisse. his itaque calumnijs Christianos quoque, argumenti inopia, Gentiles appetebant; quas Tertullianus pro

Calū-
nia in
Christi-
anos

Ios.
cont.
App. l.
2. c. 10
Tac.
hist.
l. 5.
Plut.
symp.
l. 4. q. 5

Nonna
perse-
cutio.

singulari eruditione refellere instituit. hisce ludibrijs, quasi velitationibus impij homines præluserunt ad nouum bellum, quod hoc ipso anno, Plautiano Duce, aduersus Christianos indictum illatumque est. de quo pluribus in Apologetico Tertullianus.

Marty-
res
Car-
thag-
as.

Sequenti autem anno extra Urbem quoque, atque Italiam sæuiri in nos coeptum. itaque Carthagine Saturnino Proconsule iudicium capitis subire Speratus, Narzales, Cittinus, Donata, Secunda, & Vestina, quod per Genios Principum iurare abnuissent. *Acta ex vetusto Codice humiliori stylo hic habes, ab Authore allata.* hac de causa Tertullianus diuina ultione Proconsulem luminibus captum fuisse tradit, & Prouinciam aquarum illuue deuastatam.

Chrī.
Ann.
202.
Tert.
ad
scap. c.
2. c. 3.

Abag-
arus
Rex.

Dum hæc Romæ, & Carthagine geruntur, Seuerus bellum Parthicum administrans, Abagarum Osrhoënorum Regem (quem Christianum fuisse existimant) ad se auxiliaribus cum copijs venientem excepit.

Victor
Papa
Mar-
2yr. Fe-
licia-
nus
Episc.
Fulgi-
nei.

At Romanus Pontifex Victor, acerrimus Catholicæ puritatis Vindex, cum annum auspiciatus esset Pontificatus decimum, illustri martyrio coronatur; post quam multis per Italiam Ecclesijs Episcopos dedisset, in quibus Foelicianus fuit, qui Fulginatam apud Umbriam Ecclesiam administra-

Chri.
Ann.
203.

uit,

uit, martyrium demum sub Decio passus.

*Zephi-
vinus* Post Victorem Pontificatum susce-
pit Zephirinus Romæ natus, cuius
Papa: res gestæ suo loco referentur.

*Tertul-
lianus* Tertullianus Romæ, vt diximus, diu
moratus, Carthaginem, vnde erat,
reuertitur. eam tum Prouinciam post
Saturninum administrabat Scapula, qui
Christianis æquè infensus, excitatum
à Decessore in eos bellum redintegra-
uit. ad Hunc Tertullianus libellum,
non tam supplicem, quam declama-
torium, dedit.

*Hier. 5
Hier.
c. 32.
Epiph.
de mēs.
Ep pōd.*

*Nova
sacr.
Bibl.
transl.* Sub hæc ipsa tempora (nam certus
annus ignoratur) prodijt noua sacro-
rum Librorum translatio post Aquilam,
ac Theodotionem à Symmacho
Samarita semi Iudæo facta.

*Chri.
Ann.
204.
Sper.
in Sen.
Euseb.
chron.
E hist.
l. 6. c. 2
Orof. l.
7. c. 17* Parthico bello foeliciter defunctus
Seuerus, in Syriam venerat, indeque
Alexandriam. cum à diuersis Prouin-
ciarum Rectoribus, certior factus de
Christianorum numero, ac constan-
tia, quam peruicaciam, atque adeò
perduellionem interpretabantur, Cæ-
sareis Edictis cōpescere curauit. hac
data Populis, eorumque Rectoribus
sæuendi licentia, laxatis veluti habe-
nis, grassari in Christi Cultores cœpe-
runt adeò, vt iam omnes instare An-
tichristum existimarent, nec verbis
tantum, sed etiam scriptis affirmarent.

*Seueri
perse-
quutio*

Auxit Seueri indignationem Philippus

G 6 (quem pus

Ægypti Præfectus.

(quem diximus) Augustalis Ægypti Præfectus, cum Christianum illum esse cognouisset. ratus itaque sibi fidem esse non posse, qui Deos Patrios abnegasset, datis ad eum literis, *quas hic apud Authorem habes*, leniter tùm quidem exostulans, & ingrati animi vitium exprobrans, aut resipisceret, aut Magistratu cederet, imperavit. Philippum acceptis literis morbum simulasse tradunt, dum, quæ sibi supererant, facultates in pauperes erogaret. tùm ei Successor datus est Terentius Lætus; Is, Alexandriam delatus, nihil prius habuit, Seuero (ut creditum) ita iubente, quam ut Philippum occultè necaret. missis itaque Sicarijs, intra domesticos eum lares occidit, &, ne illius cædes in sui inuidiam redundaret, nèuè Populus, qui tumultuari cœperat, seditionem moueret, Sicarios ipsos comprehendi, ac duci iussit; quos tamen haud ita multò post; Principis rescripto, sedato iam tumultu, abire liberos permisit.

*Martyr
volog.
Rom.
15. Septemb.*

*Leonidas
Origenis
Pater*

Subinde eandem apud Urbem, quò iam Seuerus appulerat, illustria Martyrum spectacula, frequentissimo veluti Theatro sunt edita; in quorum numero fuit Leonidas Origenis Pater. quantò autem Origenes tùm Adolefcens Martyrij desiderio flagrauerit testatur Eusebius, qui ait

Euseb.

cum

l. 6. c. 2
C. 3.

eum cum in certamen ardentius pro-
peraret, à Matre, quæ nihil precibus,
ac lachrymis profecisset, subtractis
clam vestibus, Diuina prouidentia, à
qua ad plurimorum utilitatem incolu-
mis seruabatur, fuisse inhibatum. domi-
tamen sic detentum ad Patrem, qui in
carcere erat, literas dedisse, quibus
eum ad Martyrium fortiter subeun-
dum ardentissimè hortabatur. quæ ad
ipsius puerilem institutionem perti-
nent; ab Eusebio post hæc relata,
apud eum require.

MAR-
tyr.
Orige-
nis pie-
tas.

l. 1. in
fn. ff.
de off.
Præf.
Vrb.

Post eiusmodi generale edictum
Seuerus speciale ad Urbis Præfectum
dedit Rescriptum ad Christianorum
conuentus inhibendos, de quo me-
minit Vlpianus.

Chri-
stiano-
rum
conue-
tus ve-
titi.

Chri.
Ann.
205.

Ab Oriente demum redux cum Fi-
lijs amplissimum de Parthis, deque
alijs deuictis Nationibus Triumphum
cum eisdem Filijs, egit, Decennalia sui

Seueri
trium-
phus.

Dio in
Seue.
Hero-
dian.

Imperij celebrauit, in milites Præto-
rianos, ac Populum tot aureos viri-
tim, quot annos imperasset, distribuit.
hoc anno, qui eius Principatus erat
vndecimus, fortasse extructus, certè
absolutus est Arcus (quem diximus)
sub cliuo Capitolino adhuc superstes,
in quo vndecies illius repetita Tribu-
nicia potestas legitur, vndecimi Im-
perij anni certa demonstratio. insu-
per, Hoc eodem anno Agrippæ Tem-
plum, quod Pantheon dicebatur

Arcus
Seueri

Pan-
theon

(nunc

instauratur. à Seneca vo. Itē ab Urbano VIII.
 (nunc Sanctæ Mariæ ad Rotundam Traiano Principe incendio deformatum, in pristinum splendorem restituit, ut docet inscriptio, quæ in ipsius Templi fronte marmori incisa adhuc legitur. *Quod, & nouissime, dum hac ipsa prodimus, Urbanus VIII. P. M. præstabat.*

Origenes Adolefcens publicè docet.
 Interim cum Romæ Princeps, tum in Prouincijs earum Præsides sæuissimam in Christianos lanienam exercebant, de qua, cum alijs, meminit Eusebius, qui addit Alexandriae Origenem post gloriosum Patris exitum, cum ætatis annum ageret decimum octauum, aperto literario ludo, coepisse sacras literas publicè profiteri tanta cum doctrinæ, ac sanctimonix, fama, ut multos ex Discipulis ad Martyrij palmam promouerit. paternis autem bonis proscriptis, egentem à locupletissima Christiana Foemina adoptatum fuisse. *De Origenis porro doctrina, deque Martyribus, qui ex eius erant disciplina, plura hic habet Author ex Eusebio, & alijs.* illud nequaquam est dissimulandum, plærosque insignes Viros (quos inter, Origenes ipse, eiusque Præceptor Clemens) non solum intentata vitæ pericula aliquandò vitasse, sed etiam pecunia redemisse, neque id priuatim tantum, sed totius quoque Christiani Coetus nomine, collato ære, ut publice.

liceret vivere, tributum pensasse. hunc morem, quamvis diuina lege permiffum, *redimunt.* ut *Author hic multorum autoritate docet*, Tertullianus, ex Montani hæresi austerior factus, pro sua dicendi facultate acriter in-
simulat, & Catholicos, quod (ut ait) inter Tabernarios, Lanios, Fures, Balnearum Aleones, ac Lenones, vectigales scriberentur, mirè traducit. Sanè Valentini, Carpocratis, aliorumque His similibus Sectatores, qui communi Gnosticorum nomine, *Har-
ticorū
sentē-
tia ad-
uersa.* censebantur, hisce ipsis temporibus Dei Ecclesiam decolorabant, quippe qui re, ac verbis docerent ad quæstiones, ac supplicia vitanda, Christiano homini, Idola colere, Christum abnegare, mentiri, ac peierare fas esse. horum impietatem, dum, vna cum Catholicis, plerisque sanctissimis Viris, Tertullianus insectatur, in contrariam se partem proripi finens, rectam veritatis lineam æquè deuius postea transgressus, Cataphrygibus, ac Marcionitis accessit, quos Catholica Ecclesia, medio incedens tramite, æquè, ac Gnosticos, damnat, ac respuit.

Ex multis, qui hoc anno Martyrij palmam adepti sunt, præterire æquo animo non possumus, nobile Foeminarum par, Perpetuam, ac Foelicitatem: Illam, quod à fortitudine, ac di-
*Perpe-
tua, ac
Fœli-
citas
mart.*
uinis

uinis visionibus, Tertulliani, atque Augustini encomijs celebretur: Hanc quòd prægnaans in carcere cum esset, ne post Sociorum certamina, suum expectare diù anxie cogeret, fufis ad Deum communiter precibus, maturitatem partus octauo mēse impetrauerit; cum autem, pridie, quàm ducendi essent instantis dolore partus vehementius angeretur, insultans Quidam, *quomodo, inquit, mortem cras feres, quæ ita parturiens perturbaris?* cui illa; *natura debitas pœnas, ait, naturali tantùm virtute agrè sustineo; quæ autem, quantumuis immania, pietatis causa subire cogar, Diuina gratia superabit.* quæ sanè illi æquè, ac Socijs adfuit: ad bestias etenim damnati, nudatis ad ignominiam natibus, in theatrum producti, interriti omnes permanserunt. itaque Satyrus (id vni ex Socijs nomen) primus à Leone discerpitur: mox ab eodem Perpetua, quam prius agitata stimulis Vacca dispulerat: tùm Fælicitas cum Rauocato Fratre à Pardo laniatur. Secundo, ac Saturnino, qui reliqui erant, bestię pepercerunt: reducti itaque ad carcerem, Hic gladio, Ille absque tortoris officio, ex incusso è bestijs terrore, seu vi quæstionum periere. cæterùm prægnaantis mulieris supplicium non Romanis tantùm legibus cautum differri, sed etiam Ægyptis, ac Græcis

com-

Tert.
de an.
c. 55.
Aug.
de an.
l. 1. c.
10. C
l. 3. c. 9

Ludi-
bria,
& Sup-
plicia
Marty-
rum.

l. pra-
gnant
ff. de

compertum est. Horum Martyrum
certamen in Mauritania peractum est.
Iam apud Gallias Vir celeberrimus
Irenæus, eam Prouinciam, quam vi-
uens excoluerat, morte illustrauit;
quod ipso Seuerianæ persecutionis
exordio factum putamus. qui enim
Seuerus eam Prouinciam priuatus ad-
ministrauerat, benè perspectas Pro-
uincialium res, Lugdunensium in pri-
mis, quæ Vrbs Galliæ tùm erat præ-
cipua, habere potuit: quemadmodum
& Christianorum in ea numerum, at-
que constantiam Irenæi in primis, à
cuius nutu, exemploque omnes pen-
derent. itaque mitius cum eis frustra
se acturum ratus; circumdatam milite
amplissimam Ciuitatem disquiri iussit,
omnesque in ea Christianam Fidem
constanter professos, Pastorem ante
alios trucidari. porrò Irenæi lucubra-
tiones Eusebius recenset. verùm ex
multis eius operibus quinque tantùm
de Hæresibus libri ad nostram æta-
tem peruenere, illique diù apud lati-
nos latuere; itaque Gregorius Ma-
gnus anxie se illos vbique perquirere
ad Acterium Episcopum Viennensem
scribit. caruisse illis quoque Cassio-
dorus videtur, cum nulla in eius Bi-
bliotheca de his mentio habeatur.
quamobrem quod græcè scripti es-
sent, apud Græcos repertos par est
credere; nam Theodoretus, post Eu-
sebiu

Irenæi
Marty-
rium.

Irenæi
opera.

rt. pœnis.

an. Flut.

5. d. sera

eg. num.

an. vind.

c.

6. Spart.

6.9 in Sen.

170

211

de

sebiū, in Dialogis de his sæpius meminit.

Plautiani mors. Et diuitia.

Plautianus, quem diximus summam authoritatem, Principibus in Oriente degentibus, nactum; seu quod altiora respiceret, seu (quod verius) Christianum sanguinem diuino Numine vlciscente; Antonini Generi insidijs appetitus interiit, ferunt illum diuitijs cum potentia auctum adeò, vt Populus in Theatro aliquandò exclamauerit ditiozem illum esse tribus simul Viris, Seuerum notans cum Filijs; Filiaè porrò, dotis nomine, tantum dedisse, quantum quinquaginta Reginis satis fuisset. Has illum diuitias ex damnatorum bonis conguessisse author est Herodianus; damnati autem plerique omnes Christiani fuere.

Plautiani interitu persecutio in Christianos deferuit. Sæculares inde ludi sumptuosè celebrati, quorum occasione libros de Spectaculis, deque Idololatria à Tertulliano conscriptos quidam putant.

Igitur cum iam mitius in Christianos ageretur, Zephirinus Pontifex è latebris emergens, Pontificia munia obire cæpit, inter quæ narratur Natalij cuiusdam ab Ecclesiæ communionem antea exclusi, cum eadem reconciliatio præcedente *Exomologesi*, hoc est publica criminum confessione, atque abiuratione. ad publicas porrò

Chri.
Ann.
206.
Dio in
Sen.
Herod.
l. 3.

Ch
An
20
E
l. 6

C
A
20

C
A
21

C
A
22

porro enormiores noxas detergendas, summum Ecclesiæ Antistitem adiri cōsueuisse, alibi quoque admonuimus.

Chri. Origenes etiam tūm adolescens, *Origenis*
Ann. 208. *nis* suuē, quod cum omnis ætatis, ac sexus *spōta-*
nea Auditores haberet, munus huiusmodi *ewira-*
sia. *Ensch.* obire vellet; suuē, vt alij tradunt, non *nia.*
l. 6. c. 7 rectē Christi de Eunuchis sententiam interpretatus; facinus edidit, etsi nemi-
ni quidem probandum, quo tamen ma-
ximum Fidei, ac Castimoniz speci-
men edidit; ardentiori quippē studio
Deo vbique placendi, audacter se ip-
sum euirauit. Hoc eodem anno pri-
mam Sacrarum Literarū interpretatio-
nem in Cantica Canticorum edidisse
eum putamus. quem quidem librum
apud Hebræos ne legi quidem illi æta-
ti permissum scimus.

Chri. Seueri anno XV. Tereullianus testa- *Ter-*
Ann. 209. tur se commentarium in Marcionem *tull.*
opera. elaborasse; eodemque ferē tempore
scripsit quoque de Resurrectione car-
nis, ac de Christi carne aduersus Va-
lentinianos.

Chri. Proximē autem subsequenti Anto-
Ann. 210. nini Decennalia celebrantur: Getæ
Imperatoria insignia cum Tribunitia
potestate tribuuntur. tres vnā Augu- *Seue-*
sti aduersus Britannos, qui Romanos *rus cū*
filijs in

Chri. fines irruerant, exc. citum depor- *Britā-*
Ann. 211. tant. hostem fusum fugatumque haud *nia.*
211. agrē coërcent. marum, quem dixi-
mus

mus

mus antea extitum, instaurant, porrectioremque, atque altiore reddunt adeò, ut maximum horum Principum decus à Spartiano dicatur.

Ad hæc tempora nobilis inter Ecclesiasticos Scriptores Minutius Felix à Hieronymo recensetur. Is insignis Caufidicus cum esset, Dialogum edidit, quem Octavianum inscripsit colloquuntur in eo Ethnicus, & Christianus, Ille Cæcilius, Hic Octavius appellati. Cæcilium, qui in Octavij demum sententiam ire videtur, conjectura adducor, ut credam, fuisse illum ipsum Cypriani, de quo mox dicturi sumus Præceptorem. eo in Dialogo veteres à Tertulliano, ac alijs toties profligatæ calumniæ ingeruntur; de cænis Thyestæis, promiscuo concubitu, Asini cultu: ad quas nova accessit planè ridenda: Christianos, Antistitis genitalia colere; quam quidem ea de causa concinnatam putamus, quod, more adhuc vigente, Christiani antè Sacerdotem iunctis manibus in genua procumberent, Exomolegesim, seu peccatorum confessionem facturi. aureum planè huiusmodi commentariolum vnà cum Arnobio non multos ante annos à se recognitum, atque illustratum Fulvius Ursinus Vir eruditissimus Romæ edebat. Illud ex eodem dialogo prætereundum silentio non est. Cæcilium Christianis obijcere,

*Minu-
rij dia
logus.*

*Calu-
mnia
Chri-
stianos*

*Hier
de scri
pt. Ec-
cl. 6
ep. 84*

*Va
de
g. l.
l. 8.
Gel
14.*

*Ch
An
11.*

cere nulla Eos habere Tempia, nulla nota Simulacra. hinc ansam arripiunt Nouatores exclamandi, Ecclesiæ mores antiquos corruptos in superstitiones abiisse. hinc expoliare Tempia, ac demoliri sibi fas putant: Hos quamquam alibi satis superque redarguimus, hinc insuper admonitos volumus, Tempia apud Minutium à Cæcilio vocari latino puriori vocabulo sumptuosiores ædes, siuè sacras, siuè etiam vsui publico utcumque dicatas, quibus haud dubiè Christiani tum carebant. consulant si placet Varro- nem, aut, qui eum refert, A. Gellium, & quid sit Templum, quid uè ædes sacra perdiscant; vel si minus suam ipsorum impietatem, inscitiam quidem certè erubescant. accedant porro propius ad alterum, ab hoc, sæculum, Ecclesiæ pacem expectent: Christianos Principes præstolentur: agnoscent statim Tempia, atque Basilicas; Aras non ià secretiores, & Gentilibus ignotas, rimabuntur, sed prostantes conspicient; Simulacra nõ quæ hætenus notiora inaniù Numinù; sed Christi Seruatoris, eiusque Crucis, Deiparæ quoque, ac Christi Martyrum in Templis, ac pro Templis intuebuntur.

Tem-
pli no-
tio.

10. I.
ad an.
57.

Var.
de lin-
g. lat.
l. 8. A.
Gel. l.
14. c. 7

Chri.
Ann.
112.

Sed iam ad Seuerum in Britannia, Seue-
adhuc degentem reuertamur. Is qui nus in
hactenus ob tam insignes victorias Filijs
foelicissimus est habitus, in Filijs omni- infæ-
um lix.

um se miserrimum fassus est, quappè ab Antonino non semel palàm ferro, occultè veneno tentatus, Amicorum beneficio exemptus est. nec periculum ignorauit, aut cognitum dissimulauit, incoelix Pater, sed Filium parricidam, Fratri quoque Getæ iam tùm palàm infensum, leuiter tantùm obiurgauit. animi interim mœrore conficiebatur ita, vt, corporis quoque morbo accedente, diutiùs viuere nequaquam posse putaretur. ad hæc cum pedibus præsertim ita laboraret ex podagra, vt loco consistere, reditus in Urbem consilium abijcere, coggeretur; militum quidam, quasi iam illius ratio nulla habenda esset, Antoninum Imperatorem acclamarunt. eo nuncio Seuerus perculsus, ac veluti expergefactus, pristinos ferociæ spiritus resumpsit, tùm lectica ferri se in Tribunal iussit simulque nouum Imperatorem, Præfectosque euocari; quibus Seueri Maiestate perterrefactis, ac veniam poscentibus, *sentitiuone* (inquit) *Caput imperare, non Pedes?* & tùm quidem ea ratione seditio illa extincta est. haud tamen ita multo post, Eboraci cum esset, diem clausit extremum, qui fuit tertius supra mensem octauum, annum vero Principatus XVII. ætatis LXVI. morti proximus velut locuples humanæ testis foelicitatis, exclamasse fertur *omnia fuit,*

Seueri mors.

sed

Dio in Seuer

Chri. Ann. 213.

He l. 3. fin. in S. Co. rac Spa

Bed. Hist. Eccl. l. 1.

Ter ad sca. Spa in C. rac

Aur. Vid.

sed nihil prodest: imperavit autem fama tam ancipiti, hinc virtute bellica eum commendante, illinc sæuitia bellica laudis famam denigrante; ut de eo illud vulgo iactaretur, *Seuerum aut numquam nasci oportuisse, aut numquam mori.*

Seueri fama ambi- gua.

Herod l. 3. in fin. Dio in Sen. & Ca. racal. Spart.

Eius morte Filij simul ambo Imperium capessunt. Antoninus, & Geta; Ille, quod serius voti compos sibi factus videretur vnumquemque, non ex his modò, qui Patrem seruassent, sed vtcumque obseruassent, adortus, de medio sustulit. Medicos primùm, quod Senis necem non maturassent. Nutricios suos æquè, ac Fratris, quod de ipsis reconciliandis egissent. ex His primum tenuisse locum constat Euodum, cuius Coniugem quæ illum lactauerat, Christianam fuisse, Tertulianus videtur affirmare, dum ait, Antoninum lacte Christiano fuisse educatum, cum lacte autem Christianos, hoc est mites, mores, illum hausisse testatur in primis Spartianus qui ait. *huius pueritia blanda, ingeniosa, Parentibus affabilis, Parentum Amicis iucunda, Populo accepta, grata Senatui, ipsi etiam ad amorem conciliandum salutaris fuit.* tùm alijs eius animi dotibus recensitis, subdit. *si quando feris obiectos vidit, fleuit, aut oculos auertit; quod Populo plus quam amabile fuit.*

Antoninus & Geta. Imp. Antoini nutrix Christiana.

Tert. ad scap. Spart. in Carac.

Septennis cum collusa-

rem

rem suum Puerum ob Iudaicam Religionem (hoc est Christianam) grauius verberatum audisset; neque Patrem suum, neque pueri, vel Authores verberum diu respexit. Nutricem, lector, Christianam agnosce: cum lacte mores agnosce Christianos. collusorem porrò Nutricis fuisse Filium, quæ hætenus diximus facile persuadent.

*Seneri
funus
& con-
secratio.* Post hæc ambo Fratres paterno cum cinere Romam venerunt, ex itinere perpetuò dissidentes, ac mutuis sese insidijs appetentes. sed quæ postea acciderint, suo loco dicturi sumus. hic Author ex Herodiano refert, *Se- lib. 4.*
neri funus, & consecratio quo pacto ex veteri more peracta sint, qua apud virumuis require. cum verò Herodianus dicat Senatum ab læua, Matronas ab dextera confedisse, quadam eruditè hic addit de utriusque partis prerogatiua, ac dignitate.

*Geta à
Fra-
tre oc-
cidi-
sar.* His peractis, Antoninus, qui à talaris vestis genere, quam Populo donauerat, Caracalla est appellatus, Geta tam Fratrem annum agentem XXII. è sinu Matris abstractum, interemir; mox cæteros, qui illi utcumque studuissent, quorum numerum viginti millium fuisse Dio tradit. quatuor ex sex quæ tùm erant Vestales Virgines consueto supplicio viuas infodi iussit, cum ex His vnam antea cõstuprasset. neque hic finis sæuendi, cum enim in
Circo

Chri.
Ann.
214.
Herod.
l. 4.
Dio &
Spart.

Circo Populus in eius Aurigam nescio quid cauillatus esset, immisso in confertos Milite, loquaces occidi iussit. Miles, data sæuendi licentia, cum præsertim fontes ab insontibus dignosci nequierint, multos mortales promiscuè trucidauit, aut, si qui vitam pecunia, vel alicuius precij veste, aut re alia quapiam redemissent, expoliauit.

Subit animum huius ipsius Populi in ipsis Theatris paulò antè in Christianos licentia, atque immanitas, aliorumque Ordinum efferata in eosdem sæuitia. & persuadere mihi cogor, Diuina eos ultione, tam dira hoc tempore à Tyranno passos itaque quemadmodum paulò antè Christianis hominibus solum nomen fuit pro crimine, ita postea factum est, ut innumeris Getæ nomen pro offensæ maiestatis crimine haberetur. Papinianus porrò omnium, qui tùm essent, Iudicum eminentissimus, quique cum alijs (ut Tertullianus conqueritur) nulla æqui habita ratione, homines innocentissimos damnaisset, capitis, & ipse, iudicium subiit. diuino quippè consilio factum videtur, ut Vir alioqui prudentissimus dissimulare stomachum nequiuert, & Principem ob Fratris necem carpere ausus fuerit, sicque illius indignationem laceffere, mortem temerè accersere voluerit. Vlpiani tum quidem ultio, Christia-

Diuina in Romanos ultio.

Papiniani mors.

no nomini æquè infensi, dilata, in aliud tempus fuit referuata.

Tranquilla tùm pace Ecclesia fruebatur. itaque Zephyrinus Montani hæresim, quæ, adscito sanctimonix pallio, periculosius multò grassabatur, & quam diximus, pacem obturbabat, quacumque demùm ratione expugnare aggressus est. ea de causa disputationem Romæ, amplissimo veluti in Theatro, instituit, commissis inter se,

Caij ac Procli disputatio.

Montanus dænatur. Tertullianus Montani hæresim tuerur

Eius errores

illinc Proclo, quem Tertullianus sæpè cõmendat, Cataphrygum disertissimo, hinc Caio spectatissimæ vitæ, ac Doctrinæ Viro Catholicæ veritatis Afferatore. Caius porrò eandem à se tunc habitam disputationem postea edidit, deque ea meminerunt, præter cæteros, Eusebius, ac Hieronymus. profligatis eo in certamine Hostium copijs, Anathema Montani Sectatoribus dictum; cui quidem Zephyrini Sententiæ, coactis vbique Synodis, omnes ferè Christiani orbis Episcopi subscripsere.

Percussus eodem cum cæteris Anathemate Tertullianus, Commentarios scribere aggressus est, quibus toties iugulatos Cataphrygas propugnaret. itaque de Monogamia primùm, tùm de abrogatis Montani ieiunijs agere instituit. ergò Tractatũ alterum exorsus, de Catholicis, quos *Physicos*, hoc est animales, vocat; *mirarer*, inquit,

Chri. Ann. 215.

Euseb. l. 5. c. 4. Hier. de script. Eccl. in Caio.

Chri. Ann. 216.

si sola luxuria tenerentur, qua sapius nubunt, si non etiam ingluvie duce-
rentur, qua ieiunia oderunt. post hæc, quod Catholica Ecclesia, contra eius-
dem Montani sententiam, Lapsos, etiã Fornicarios, ac Moechos recipiat ad poenitentiam, tertium de Pudicitia Commentarium scripsit, sin quo pariter in Catholicos, ipsumque aded Summum Pontificem, Edicti, quo venia dabatur Lapsis, Authorem, tamquã in impudicos, atque impudicitia patronos acriter inuehitur: tam densa caligine tanti Viri ingenium offundi potuit, vt qui probè nosset Christum Dominum Samaritanam Mulierem, Adulteram, publicam Peccatricem recepisse, noui afflatu Paraleti, morem hunc Christiani nominis labem existimaret, cumque Christus Publicanos, & Meretrices admittat in Regnum Dei, ipse ab Ecclesia excludendos tanta animi obstinatione censeret. horum occasione hic Author fusè differit de Romani Pontificis Primatu, deque antiquo Ecclesia more recipiendi poenitentes; Et Pastoris Euangelici inuentam ouem humeris gestantis Imagine in sacris calicibus, ac indumentis effingi solita, denique de Tertulliani casu, erroribus, & noua secta.

Chri. Cæterùm Antoninus Germania, Alexã
Ann. ac deinde Asia, & Syria peragratis, drino-
217. Alexandriam cum appulisset, eius Vr- rum.

H 2 bis clades

bis Ciues, à quibus petulantius fuerat delusus, maxima affecit clade; quæ quidem, vt licet affirmare, Christianum sanguinem ea in Vrbe paulò antè fufum, aliud agens, egregiè vltus est.

Dio & Spart. Herod. l. 4.

Agrippinus Carthag. Episc.

Per idem tempus Agrippinus, Carthaginiensi Ecclesiæ cum præflet, ingentium turbarum Author extitit, antiquum quippè Ecclesiæ morem Hæreticorum Baptismum ratum habendi, conuellere nisus est, prætextu pietatis, quòd omnia, quæ Hæreticorum essent Catholicam Ecclesiam respicere par esse diceret. euocasse autem ad hoc Africae, atque Numidiae Episcopos, testatur in primis Cyprianus, qui eandem postea Ecclesiam rexit, quique eundem errorem mordicùs aliquandiù tutatus est, vt mox dicendum à nobis erit.

Antoninus fraude vincit Parthos. Abagarum capit.

Quod verò ad rem Romanam spectat, Antoninus sui semper simillimus, Parthos armis vincere cum diffideret, fraude superauit. Abagarum quoque, quem non modò Christianum, sed etiam Virum sanctum fuisse tradunt, amicum Regem, quique foedus cum Seuero Patre, datis etiam obsidibus, firmauerat, in vincula coniecit, eiusque Regiam diripuit. totus post hæc in magicis artibus perscrutandis fuit: itaque, & Magos toto penè terrarum Orbe conquisiuit, & Apollonium Thianæum vita pridem fun-

Chri. Ann. 218.

Magis artibus studeo.

functum maximo in honore habuit,
cui & monumentum excitavit.

Chri. Sequenti demum anno inter Edef-
Ann. fam, & Carras, Macrini opera à Mar-
219. riano Centurione confoditur, exacto
Dio & Principatus anno sexto, ætatis vix dū
Spart. trigesimo. eundem postea Macrinus,

Occiditur.

metu Prætorianorum militum, apud
quos insons haberi voluit, inter Deos
retulit. tūm Macrinus ipse, qui Præse-
Iul. ctus Prætorio, maxima apud milites
Capit. authoritate pollebat, conciliatis sibi
Læpr. magnis pollicitationibus eorum ani-
mis, Imperium adipiscitur, quod sta-
tim Diadumeno Filio communicat.

Macri-
nus
Imp.
cum
Filio.

Epiph. Hoc eodē anno inuentos apud Hie-
depōd. ricuntem in dolio abditos diuinę Scri-
Euseb. pturæ libros græcè redditos, Epipha-
l. 6. c. nius testatur de quo antea Eusebius,
22. qui hanc quintam vocat editionem.

Chri. At Macrini, ac Filij Imperium malè
Ann. partum diuturnum esse non potuit.
210. vix annum in Principatu egerant cum

Dio, ab iisdem militibus, Patris sæuitiam,
Capit. atque auaritiam non ferentibus, oc-
Herod cisi sunt. Mezentij illum supplicia in-
nouasse, diuina quoque excogitasse
tradunt. His itaque iam sublati, Im-
perator ab exercitu dictus est An-
toninus cognomento Heliogabalus,
quem Caracalla genitum existima-
runt, immaturæ tūm ætatis Adole-
scens, quo nihil corruptius, inter Af-
syriz potius Reges, quam inter Ro-

Occi-
ditur.

Helio-
gabal.
Imp.

manos Cæsares recensendus. huius infandas libidines, atque dedecora, ipsis quoque, qui ea prodiderunt, Scrip- toribus probro fuerunt. illa ad rem nostram spectare videntur. Romam veniens novus Augustus, Heliogaba- lum (Solē sic vocabant) Syriæ Deum, cuius antè Imperium, Sacris fuerat ini- tiatus, à quò, & nomen sumpserat, secum aduexit, Temploque in Palatio extructo, collocavit: tùm id egit, vt solus Romæ, atque adeò toto Orbe coleretur. ergò vetera Romanorum Sacra antiquare, Tempa expoliare, Si- mulacra infringere, aut conflare insti- tuit. videre licuit (quod non sine Di- uino consilio factum putandum est) ad Pueri nutum Romanæ superstitionis monumenta, totius, vt existima- bant, Reipub. munimenta, nullo Pon- tificum reclamante, prostrata, Chri- stianæ rei incremento, profanata. sed hæc ad sequentem potius annum spe- ctant; constat enim antequàm Romam accederet, Nicomediæ hyemasse.

Mam- Mammæam Heliogabali Materte-
m.a. teram, Alexandri, qui post Illum im- peravit, Matrem, Fœminam laudatissi- mam, dum adhuc Antiochiæ esset, Origenem ad se vocasse, ab eoque de Christi Fidè edoctam tradunt. Ori- genem porrò, cum hoc ipso tempore Romam venisse constat, cum eadem venisse par est credere.

An-

Chri. Antonino Heliogabalo secundum *Zephy*
 Ann. iam annum imperate, moritur *rini*
 221. rinus, exacto Pontificatus anno XIX. *mors.*

Euseb. Hunc, si Martyrio affectum concedi-
chro. mus, quod quidam tradunt, haud du-
l. 6. biè id subiit, quòd Heliogabalo ino-
c. 15. rem gerere abnuerit iubenti (vt Lam-
 pridius tradit) Religionem quoque
 Christianam ad suum Deum referri.

Zephyrino Successor datur *Calli-*
 stus, Patria, & ipse Romanus. *stus*

Päuin. Hoc tempore, cum Heliogabalus
ad ad agitandas Elephantorum quadri-
Pla & gas, ad Vaticanum Sepulcra quædam
de Ro. dicatur diruisse, quidam existimarunt
Pont. tunc Apostolorum Corpora ad Cata-
 cumbas fuisse translata. verum, & si

Greg. tempus alibi tomo primo ex Grego-
l. 3. ep. rio tradidimus.

36. Vigesimo secundo huius sæculi an-
 Chri. no (vt Eusebius tradit) Iulius Africanus
 Ann. Christianus Historicus, & omni doctri-
 222. næ genere excultus in Palestina cum
Euseb. esset, Legationem ad Cæsare suscepit
chro. de restituenda Nicopoli Palestinæ Vr.
l. 6. c. be, quæ Emaus antea dicebatur; quod
 24. cum impetrasset, sequenti anno Vrbs
 fuisse vsum Origene, atque Heracla
 Origenis Auditore, eodemque Ale-

xandrino Antistite idem Eusebius testatur.

Sequenti anno Alexander Mammeæ Filius à Consobriño Heliogabalo dictus est Cæsar, & Ipse vix pueritiam egressus. imò, vt Idem postea Senatui testatum voluit vno eodemque die, nouo exemplo, supremas omnes dignitates adeptus est.

Chri.
Ann.
223.
Læpr.
Dio
Herod

*Helio-
gabali
mors.* Optimæ indolis Adolescente, sic ad summa euecto, Heliogabalus ipse occisus, raptatusque per vias, in Tyberim proiectus est, Imperij anno IV. ætatis non amplius XIX.

Chri.
Ann.
224.

*Ale-
xãder
Imp.* Alexander omnium assensu Imperator acclamatus optimis Principibus æquatus est; tantum vel rara eius indoles, vel materna institutio valuit. fuisse autem illum si non Christianum, Christiani certè nominis studiosum satis constat. Christi porro Imaginem in suo Larario habuisse, ac coluisse, Lampridius tradit. Templum quoque illi extructurum fuisse memorant, nisi inhibitus ab ijs fuisset, qui, sacros libros consulentes, repererant, omnes Christianos futuros. Tempia autem reliqua deferenda. tradit insuper idem Author, cum Christiani locum quemdam publicum occupassent (haud dubiè sacræ inibi Ædi excitandæ) illudque Popinarij vendicarent, Alexandrum pro Christianis rescripsisse, cum diceret, satius esse Deum quacumque

*Pro
Chri-
stianis
rescri-
bit.*

ratio-

ratione ibi coli, quàm Popinarijs dedi-
di. fuisse autem locum illum qui Ta-
berna Meritoria vocabatur, ibique ex-
citatum fuisse Ædem, quæ adhuc extat
S. Mariæ trans Tyberim multa persua-
dent. Prouinciarum Rectores si quos
destinasset, nomina proponebar, hor-
rans Populum, vt, si quid criminis illi
haberent, ederet, probaretque. mo-
rem autem hunc à Christianis sumere
se laudabiliter existimabat, qui, pari
ratione, in eos, qui Episcopi eligendi
erant, aut ad aliud quodcumque mu-
nus assumendi inquirebât. *de qua Chri-
stianorum consuetudine vide que hic
Author ex Origene, ac alijs tradit.*

*Chri-
stianos
imita-
tur.*

Iuris peritissimos Viros in consilia
adhibuit; inter quos Ulpianus, Paulus,
atque Pomponius erant. amotis per-
ditissimis hominibus, quos Helio-
balus publicis, priuatilque Aulæ mi-
nisterijs præfecerat: quamquam ex his
Ulpianus, alijque non nulli Chri-
stianis plùs nimio erant insensu, in quos
iure inuehitur Lactantius. itaque Ale-
xandrum moribus ex se innocuum,
transuersum aliquandò egerunt: Mam-
mæa quoque horum fortassè instinctu,
cum Pietate Clementiam, aliasque,
quibus abundè pollebat animi dotes
amisit; sæuitiam, atque auaritiam in-
duit. quibus Filium exosum, militibus
præcipuè, reddidit, à quibus & oc-
cisus est, vt suo loco dicturi sumus.

*Iuris
Peritè
insti-
gnes.*

*Marty-
res sub*

Chri.
Ann.
225.
Lact.
l. 5. c.
II. &
seqq.



Alex.

Vlpiani sæuitiæ in primis tribuitur Callisti Martyrium, quem, vt Acta testantur, ad eius constantiam expugnandam, fame diutiùs maceratum, ac fustibus quotidie cæsum, è fenestra tandem præcipitem actum, ac puteo demersum constat. extat ea ipsa domus, qua custodiebatur, in Templum efformata; extat puteus, in quem coniectus. passi quoque Martyrium leguntur sub eodem Alexandro, seu verius Vlpiano, qui, Prætorio Præfectus cum esset, summa tum auctoritate pollebat, Calepodius Presbyter, Palmatus, quem Consularem vocant, cum Vxore, ac Filijs, alijsque de eius domo ad XL. Simplicius & ipse Senator cum Seruis, ac Clientibus LIIIX. Foelix item cum Vxore Blanda, quorum capita per diuersas Urbis portas affixa dicuntur ad Christianorum terrorem. His adnumerandi Priuatus, &

*Ieiunium**quatuor.**Calli-**stus mo-**ritur.**Urba-**nus**succe-**dit.**Cæme-**teria.*

Asterius Presbyter.

Cæterum Callistum quatuor anni Temporū ieiunium Apostolica traditione ad ea seruatum tempora decreto sanxisse tradunt. sexto deindè Pontificatus anno vita functum Successorem Urbanum habuisse. *Quod autem de Callisti Cœmeterio, alijsque sapè incidat mentio, hic de Cœmeterijs Antenor fusè, atque eruditè disserit.*

Quo de postmodum argumento sub Cœme nomine Roma subterranea, dum hæc teria.

ipsa

ipsa à nobis ederentur, Antonij Bosij Opus posthumum Italico idiomate, multiplici notatum Schemate, in lucem prodijt, collato studio à Ioanne Seuerano.

Chri.
Ann.
227.

Quartum Principatus annum auspiciatus Alexander, pluribus legibus promulgatis, optimum Reip. statum restituere conatus est, Heliogabali moribus, atque institutis deprauatum. itaque Lenonum, Meretricum, atque Exoletorum vectigal in sacrum Ærarium inferri vetuit, publicis quibusdam vsibus attributum. Exoletos autem voluit proscribere, *sed veritus est* (inquit Lampridius) *ne prohibens publicum dedecus, in priuatas cupiditates corrupti Ciuium mores exardescerent.* equidem Christianis Principibus laus hæc reseruabatur, vt his fordibus Urbem, atque Orbem emun-

Hier.
in Isai.
c. 2.

darent; quod primum Philippus, Constantinus postea, lege lata, præstiterunt. At cum multa Alexander laude digna statuerit, illud sanè reprehensione non caruit, quod Mathematicos Genethiacos publicè vanissimam profiteri artem, non permiserit modò, sed etiam iusserit.

Alexandri nota.

Orig.
Homi.
7.
Hier.

Chri.
Ann.
228.

Proximo deinde anno, præter alios S. Marti nonnullos, in Martyrologijs recensitos, Martyrij coronam Romæ est V. C. consecuta Martina Virgo quod eius, vt putarunt, excantationibus Apollinis Ædes corruisset.

180 *Epit. Annal. Eccles.*

Huius ipsius Virginis, neque eius tantum, sed Concordij quoque, Epiphaniij, Socijque, cuius nomen non proditur, sacra Reliquia, post hanc ipsam Epitomen à nobis scriptam, Romæ inuenta, atque exhumata, decentius recondita, atque impensius deinceps coli sunt cœpta. opera precium erit, rem paucis, pro instituti nostri ratione, hic tradere.

Est Romæ Templum ad ipsas Capitolij radices, non longè à Seueri Arcu, ac Carcere Mamertino, Pictoribus, qui in Vrbe degerent, superioribus annis à Sixto V. Pont. Max. attributum, ex ipsis, vt fama est, Martis olim Fani ruderibus excitatum. antequam illud conderetur, Hortum inibi fuisse tradunt Fano ipsi adiacentem, in quem sacrae huiusmodi Reliquiæ ex Via Ostiensi translatae ab Antero Papa decennio ferè post Martinæ obitum dicuntur. cæterum rei memoria, commētarijs rudiori stylo scriptis, nec impressis commendata pænè exciderat. Hoc ipso in Tēplo Petrus Berrettinus Cortonēsis, eximius huius æui Pictor, nec inferioris notæ Architectus (quem tamen non Ars magis, quam singularis aduersus Deum, ac Cœlites Religio commendat) Sacellum extruebat, vbi & humari se, post obitum, optabat. ergò in ipsa telluris ad sepulcrum iussione, ac egestione, sacra
hæc

hæc Pignora thesauro quolibet potiora inuenta sunt VIII. Kal. Nouembris anno à partu Virginis quarto, ac trigesimo supra millesimum, ac sexcentissimum. erant autem testacea in Arca duos inter parietes vnà cum plumbi lamina, ac marmorea tabula, quarum hæc Martyrum habebat nomina, illa, licet inscripta, literis tamèn temporis diuturnitate semideletis, perlegi nequijt, porrò Virginis Caput, quod dignosci haud ægrè potuit, breuiori erat in Patera ex cupro. & perbellè accidit, vt quæ, Urbano Pontifice, certamen inuenerat, Urbano quoque Sacrorum Antistite, veluti rediuiua, Romæ iterum triumpharet. res summo cum totius Urbis plausu peracta, religiosa multorum studia accendit. itaque & Franciscus Cardinalis Barberinus ipsius Urbani ex Fratre Nepos Templum ipsum vetustate labefactatum remoliri instituit insigni schemate atque operis in primis nouitate visendum eodem Petro architectante.

Iam verò ipsa sacrorum Pignorum reconditio, nobis spectantibus, peracta est postridie Iduum Ianuarij sequentis anni, cui Franciscus idem Cardinalis, Sacris ibidem antea operatus, interfuit, cumque Eo Martius Ginnetus, & ipse Cardinalis, ac Pontificius in Vrbe Vicarius, Episcopi prætereà duo, Tigrimius Tigrimius

Assi.

Affifienfis, Thomas Saluiatus Collen-
fis, alijque non pauci Sacerdotalis præ-
fertim Ordinis Viri. ad hæc Sympho-
niacorum Poeana sacrum concinen-
tium chorus. & Martinæ quidem Ca-
put argentea in patera, ossa reliqua,
ipsaque patera, cypressina in Arca
oloserico villoso conuestita colloca-
ta sunt. Arca ipsa, plumbo tecta,
aliam in Arcam alabastrinam coniecta.
trium aliorum Martyrum Capita ar-
gentea Arcula clausa sunt, arcula ipsa,
ac ossa reliqua Arcâ aliâ & ipsa cy-
pressinâ, conuestita, ac plumbo tecta.
hæc demum alia marmorea grandiori.
locus ipse, antea concameratus, ma-
gnæ molis lapide obstructus est, ostio-
lis nihilominus, seu fenestris, è supe-
riori Conditorij parte, ad ipsa super-
impositæ Aræ latera, relictis, ærea
crate communitis.

Ad annum porrò Alexandri sextum
Eusebius recenset inter Scriptores Ec-
clesiasticos Geminum Antiochenum,
Beryllum Bostrenum in Arabia, & Hip-
polytum, qui Portuensis fuit Episco-
pus. quorum etiam opera recenset,
& ex Eo Hieronymus. Hippolytum
autem, aliosque non paucos ad Ostia
Tyberina, ipsoque in Romano Portu
Martyrium adeptos, ex Romano Mar-
tyrologio constat.

Orige- Quadragesimum amplius ætatis an-
nes cre num Origenes magna cum eruditio-
amr nis

Chri.
Ann.
229.

Euseb.
chron.

Hist. l.
6. c. 2.

14. 16
26.

Hier.
d scri-
pt. Ec-
cl.

Chri.
Ann.
230.

Euseb. nis fama exegerat, cum, in Palæsti- Presby
 l. 6. c. 7 nam profectus, à Theoctisto Cæsareæ, ter.
 ac Alexandro Hierosolymæ Episcopo

Pres' y er consecratur. hoc cum re-
 scisset Demetrius Episcopus Alexan-
 drinus, siuè æmulatione ac liuore,
 vt Eusebius putat, siuè Dei zelo, vt
 alij existimant; literis ad eosdem Epi-
 scopos, aliosque complures datis, oc-
 cultum hæctenus Origenis facinus,
 spontaneam euirationem, non diuina
 tantùm lege, atque Ecclesiasticis san-
 ctionibus, sed humano etiam iure ve-
 titam, euulgauit. ea de re maximæ
 sunt turbæ excitatæ; pro Demetrio
 alijs, alijs pro Origene, & Palestinæ
 Episcopis voce, ac scriptis propu-
 gnantibus. Eusebius restatur Apolo-

Euseb. giam se pro Origene (quæ tamen non
 l. 6. c. extat) sex libris distinctam edidisse.

12. Cæterùm Origenes, sextam sacro- Orige-
 Chri. rum librorum versionem, incerto Au- nis in-
 Ann: thore, nactus, laboriosissimum Opus signe

231. aggressus est. sex quippè huiusmodi opus.
 Euseb. versiones. sex veluti columnis distin-

l. 6. c. xit; ad has autem, & duas alias, He-
 20. bræum contextum habentes, addidit.

& à sex quidem versionibus Hexapla,
 ab octo autem columnis Octopla,
 Opus illud nuncupatum est. De his
 omnibus editionibus, in primis verò de

ea, qua Ptolemæi Philadelphi iussu fa- Sacro-
 cta est, fusè hic differentem Authorem rû li-
 consule. qui ad sequentem quoque brovû.

editio- nes. annum multa addit de Origene eius- que cum Demetrio contētionibus, tūm de quibusdam eius Operibus, ac erro- ribus in eis detectis.

Caci- lia marty- rium. Hūc spectat Cæcilie Virginis no- bilissimæ, gloriosum Romæ certa- men, multorum Encomijs celebra- tum. Hanc, post Valeriani Sponsi; ac aliorum cædem, Almachius Urbis Præfectus balnei vapore domi ne- candam curavit; in eo illæsam diu- tius permansisse postquam cognouit, immisso Spiculatore, gladio tolli ius- sit. Is tribus ictibus consternatam, mortuam ratus, Capite non dūm ab- scisso reliquit. hoc pacto vulneratam triduo superuixisse tradunt, dum, quæ reliqua Ei erant, pauperibus largire- tur. superest adhuc eius in ædibus ex- citatum postea templum; quod cum non multis ab hinc annis (*post quàm Infra hac ipsa Baronius scripsisset*) Paulus Cardinalis Sfondratus Gregorij XIV. ad an. ex Fratre Nepos nobis spectantibus Chri. instauraret, tellure altius egesta, ma- gno cum totius Urbis plausu, sacrae Virginis Corpus, marmoreo in tu- mulo inuentum est, ita vt condi- tum à Paschali fuerat ante annos tunc DCCLXXVIII. ab hoc Marty- rij tempore DLXXXIX. non resupi- num illud quidem, vt moris est, sed vt in lectulo iacens in dexterum latus propendens, contractis non nihil ad mo-

Chri.
Ann.
232.

Corpo- ris in- uentio. 821.

modestiam genibus, vt Virginalem agnosceres verecundiam. Antequam iterum humo, Regio ornatu, atque impensa conderetur, innumeræ Virginis, veluti in latus dormientis, Imagines marmore, ære, ac penicillo expressæ toto poenè Christiano orbe distributæ, vanales hodieque habentur.

Chri. At Urbanus Pontifex, qui Cæciliæ
Ann. sanctioris vitæ, Valeriano autem, ac
233. Tiburtio Fratri, alijsque permultis, Christianæ Religionis suscipiendæ, ac Martyrij subeundi Author fuerat, non diu superstes fuit, Martyrio, & ipse, coronatus, anno Pontificatus septimo. de eo, præter cætera, in libro de Romanis Pontificibus hæc habentur.

Geg. *hic fecit ministeria Sacra omnia*
Tur. *argentea.* quo loco summoperè animaduertendum est, eo ipso tempore
d. glor. sacras Christianorū Ædes augescere
mart. huiusmodi splendore cæpisse, quo Idolorum Tempa decrescere. quippè
c. 38. Alexander aurum, argentum uè inferre Templis aliorum Principum more
Læpr. in neglectis, illud Persij vsurpans in
Alex. *Sanctis quid facit aurum?*
Herod l. 7.

Maximinus autem; qui post eum imperauit, ita non intulit, vt sacrilegè ea potius spoliauerit.

Euseb. Urbano interim sublato, Pontificatus in Pontianus. At Origenes donus
l. 6. c. cendi munere intermisso, Tyrum se Papa.
23. cessit Sacras inibi Literas commentarijs

Origenis Discipuli illustratus. hic ab Authore insigniores eius Discipuli, eorumque res gesta recensentur. in His fuit Gregorius cognomēto Thaumaturgus, cuius laudes Gregorius Nyssenus copiosius affert: tūm Athenodorus, Gregorij Frater; Alexander qui, vt idem tradit Nyssenus, ex Philosopho Carbonarius factus, ea sub persona diū latuit, donec à Thaumaturgo agnitus, Cumanę apud Pontum Episcopus legitur.

Demetrio, quem diximus, Alexandrino Episcopo vita functo, illius vicem subit Heraclas; Dionysio interim, ex Origenis Auditoribus, sacras literas Alexandriae profitente, Ammonio quoque Christiano Philosopho ibidem docente, à quo Plotinus, insignis & ipse Philosophus, Porphyrij Praeceptor, edoctus est. Longinus etiam humanam Philosophiam per eadem tempora illustrabat, cuius in Ammonium, atque Origenem, apud Eusebium, extat encomium. Ammonium porro Christianam deseruisse Religionem, impudentissimè Porphyrius mentitus est, quem Eusebius, ac Hieronymus refellunt. *hac sumpta occasione Author Philosophia studium Sanctorum Patrum autoritate commendat, illudque Christianae Fidei proficuum magnopere fuisse contendit, quantumuis multi eo abutantur, inque absurda deliria, atque adeò in ma-*

gicas

Origenis
Discipuli
Greg.
Thaumaturgus.
Alex.
Carbonarius

Ammonius
Plotinus
& Longinus
Philosophi.

Greg.
Niss.
in
Vita.
Chri.
Ann.
234.
Euseb.
l. 6. c.
20. &
seqq.
Porph.
in Vita
Plotini

gicas artes prolabantur, quod Plotino in primis, atque Porphyrio usu venit. constat autem, ne quis errore ducatur, præter Ammonium, quem modò laudauimus ex Platonis disciplina Philosophum, alium quoque Athenis Peripateticum floruisse.

Plotinus & Porphyrius magi.

Chri. Ann. 235. 236. Herod. l. 6. l. 2. pr. in Alex.

Trigesimo quinto huius sæculi anno vacuo præterito; ad sequentem spectat Alexandri Romani Cæsaris de Artaxerse Persarum Rege parta Victoria, quam, ipse Cæsar ad Senatum gloriosè commendat, aitque habuisse Hostium castra Elephantos turritos septingentos, ex his ducentos interfectos, trecentos, captos (ex quibus decem, & octo Româ perducti sunt) falcatos currus mille. equitum centum viginti millia. actus itaque triumphus speciosissimus, supplicationesque de more indictæ.

Romanorum de Persis Victoria.

Ferunt hoc anno Thomæ Apostoli Corpus ex India Edessam translatum. utcumque se res habeat, illud certè Indi adhuc se possidere contendunt, ut partem tantum ademptam, satius sit affirmare.

Thomæ Apostoli corpus translatum.

Chri. Ann. 237. Euseb. & Cæs. s. in chron.

Verùm Alexander Imperij annum auspicatus XIV. ætatis XXX. cum in Germanica expeditione esset, Maximi dolo, cum Mammea Matre occiditur. Pontiani Pontificis exilium ultus est Deus, quem ille paulò antè in Sardiniam deportari iusserat. tum Maxi-

Alexander occiditur.

*Maxi-
minus
Imp.* Maximinus ab exercitu Imperator ac *Iul.
Capit.* clamatur, homo apud Thraciam na-
 tus, quem ob corporis vires, atque
 enormem staturam, militibus specta-
 tum, Alexander Tyronibus instituen-
 dis præfecerat. Is nihil prius sibi fa-
 ciendum existimavit, quam ut omnes
 Alexandri familiares, atque utcum-
 que studiosos tolleret: in quibus mul-
 tos fuisse Christianos Eusebius, & alij *l. 6. c.*
 tradunt. tum quod terræmotus fre- *21.*
 quentes eo ipso tempore, maxima *Orig.*
 cum Urbium, ac Regionum clade, *in 10.*
 existerent; veteres in Christianos ca-
 lumniam renouantur; noui Cæsaris ius-
 su vehemens persecutio instauratur.
 ea plerique omnes Ecclesiarum Anti-
 stites, atque Ministri, aut dilabi, aut
 dira supplicia subire coguntur. Hac
*Pontia
ni mar
tyriū.
Ante-
rus
PP.* eadem procella ingruente Pontianus
 apud Sardiniam, quasi non satis exilio
 multatus, Tyranni iussu fustibus ad
 mortem cæsus est. Pontiano suble-
 ctus Anterus, Græcus genere, diutiùs
 Pontificatum nequaquam gessit, ex
 iurato in Sacerdotes bello, sequenti
 statim anno, & ipse, interemptus.
 Post Pontianum quidam numerant
 Cyriacum quemdam, sed nulla Anti-
 quorum authoritate, ex commenticijs
 tantum Vrsulæ, ac Sociarum Actis, in
 Martyrologij notis à nobis refutatis.
 Maximinus, parta de Germanis vi-
 ctoria, apud Sirmium Pannoniæ Vr-
 bem

hem hyemauit : Maximinum Filium Cæsarem dixit. inscitia autem Scriptorum, aut librariorum factum, ut multa Martyrum certamina non satis constet, sub hoc nè, an sub Galerio acciderint, quem Maximianum appellatum, Maximinum aliqui dixerunt, an etiam sub Alio, qui, à Galerio Cæsar dictus, Iouius cognomento est appellatus.

Chri. Anterum ea præcipuè de causa,
Ann. Martyrium subijsse tradunt, quòd di-
238. ligentiori cura Martyrum Acta per
239. Notarios iam tùm à Clemente institu- *Nota-*
tos describi curasset. *qua occasione, vij.*
nonnulla de Notarijs eleganter ab
Authore tradita hic habes.

Euseb. Post Anterum, Pontificatum ade- *Fabia-*
l. 6. c. ptus est Fabianus, Columbæ indicio *nus*
22. quæ in eius Caput conuolauit. *Papa.*

Iam verò omnibus, non Romæ tantùm sed per Romanum vbique Imperium Tyranni sæuitiam auersantibus; in Africa primum Gordiani Pater, ac Filius Imperatores acclamati; sed statim à Maximini factione sublatti, tùm Romæ à Senatu Maximus Puppienus, & Clodius Balbinus, qui Gordianum Puerum Cæsarem dixerunt, Augusti appellati. aduersus novos Principes Maximinus cum exer- *Maxi-*
citu properans Aquileiæ cum Filio in- *minus*
teremptus est. neque ita multò post *cum fi-*
ipsis quoque Maximo, ac Clodio ex *lio occi-*
mili-

militum tumultu extinctis, rerum summa ad Gordianum delata est.

- Gordianus Imp. Babilas Epi* Cebino Antiocheno Episcopo vita functo sufficitur Babilas, inter orientales Antistites celeberrimus. de quo satis dictum in nostris ad Romanum Martyrologium notis. Chri. Ann. 240. 241.
- Antioch.* Gordiani Imperio pace Christianis parta multa alia Origenem scripsisse Commentaria memorant. In Africa XC. Episcoporum Concilium aduersus Priuatum Hæreticum coactum: aliud que in Arabia aduersus Beryllum Bostrorum eadem in Prouincia Episcopum. Chri. Ann. 242. Euseb. l. 6. c. 25. Cyprian. ep.
- Gordianus i Persas.* Bello Persico iterum exorto, Sapore Rege Artaxerxi illatam ab Alexandro cladem vlcisci cupiente, & iam Syriam populante, Gordianus, conscripto exercitu, eò proficiscitur, ducta prius vxore Filia Mithrei Viri spectatissimi, quem Prætorio præfectum rerum in posterum gerendarum foelicem Auspicem, atque Authorem habuit. 55. Chri. Ann. 243. Iul. ca pit. in Gordiano.
- Ducto itaque per Moesiam exercitu, vbi primùm in Thraciam peruenit; hostes, qui illuc vsque penetrauerant, fudit, fugauitque: postquam autem peruenit Antiochiam, quæ iam Persarum sub potestate erat, eos iterum magna clade affecit. Chri. Ann. 244.
- Mithrei mors.* At Mithreus, Philippi, qui Tyrannidem postea occupauit, dolo, Me- dico- Chri. Ann. 245.

Capit.
i Gord.

Chri.
Ann.
246.

dicorum opera extinguitur: Philippus ipse Prætorio præficitur, qui regnandi libidine semel percitus, eo gradu consistere nequaquam potuit. itaque Gordiani adolescentiæ prætextu, atque annonæ in Castris caritate, Milites impulit, ut se Imperij Collegam exposcerent; quo per eos imperato; quod vnum superesse videbatur, Collegam deijcere iam molitur. hoc cognito Gordianus, splendore fretus natalium, sperans Philippo Imperium abrogari adhuc posse, Tribunal ascendit, multaque apud milites questus, Hominem, ut beneficiorum immemorem, incusavit: verum nihil proficere sentiens, minoremque se Philippi factione agnoscens, æquale Imperium æquo se animo pati dixit; abnuentium specie obstrepentes, miserabili ambitu rogavit, ut Cæsarem gerere liceret, tum ut Præfectum Prætorio, deinde ut Ducem, aut Militem, denique ut vivere, precibus cum lachrymis incassum fuis, Philippo sistitur, regioque exutus indumento, interimitur Principatus anno VI. eius corpus ab ingratissimis militibus Sepulcro honoratum Capitolinus tradit huiusmodi cum inscriptione. *D. Gordiano Victori Persarum, Victori Gothorum, Victori Sarmatarum, Depulsori Romanarum seditionum, Victori Germanorum, sed non Victori Philippo-*

Misera Gordiani conditio

Gordiani mors.

Gordiani epitaphium

Ipporum : Senatus sanè moerens per-
lato mortis nuncio, illum inter Deos
retulit. errant qui putant, Philippum
tùm cum Imperium adeptus est, fuis-
se Christianum. perspicuum sanè hoc
fit ex Origenis aduersus Celsum Cõ-
mentario, quem sub hæc ipsa tempora
editum constat : sanè post quadrien-
nium Christiana cum Filio Sacra sus-
cepisse, multa perluadent. illud ta-
men Lectores admonendi, multa
huic Philippo, errore nominis, tribui,
quæ Philippo de quo iam diximus,
Augustali Ægypti Præfecto essent tri-
buenda.

Is igitur altero adepti Principatus
anno Romam venit, Filio cognomine
consorte Imperij, vt cusa docent
numismata, appellato : quo tempore
Ploti- (vt Porphyrius tradit) Plotinus quo-
nus Ro- que publicè, eadem in Vrbe docere
me do- cœpit.

cet. Heracla Alexandrino Antistite vita
functo, regimen Dionysio creditur.

Orige- Is Origeni, cuius Auditor fuerat, ne-
nis fi- gocium facessere non dubitauit, ob
dei pro innumeros errores, qui eius, doctif-
fessio. sima alioquin, Scripta deformabant.
igitur Origenes tùm ad Fabianum Ro-
manum Pontificem, tùm ad alios Epi-
scopos rectè Fidei confessionem scrip-
sit, quæ cum Eusebij pro eo Apolo-
gia, excidit. dein Romam venit, non
aliam, vt videtur, ob causam, quàm
quod

Chri.
Ann.
247.
Proph.
in vit.
Aug.
ep. 56.

Chri.
Ann.
248.
Euseb.
l. 6. c.
20.

Ch
An
29
En
l.
27
Ea
l.
30
E
ha
19
A
de
c.

quod Fabiano ea confessione satis non fecisset. Romæ cum esset, Plotini scho-
lam aliquandò ingressus est (quod tra-
dit Porphyrius, qui tùm aderat) Ploti-
nus autem rubore suffusus exorari ab
Origene haud potuit, vt institutum
sermonem prosequeretur, Eius, vt
professus est, iudicium reformidans;
tantæ Origenes erat apud omnes exi-
stimationis, cæterùm quid cum Fa-
biano egerit, non satis exploratum
est. illud constat, haud diutiùs Ro-
mæ moratum, Orientem repetisse.

*Orige-
nis exi-
stima-
tio.*

Chri. Quarto Principatus anno, Philip-
Ann. pus millesimum natalis Urbis annum,
294. magnificentissima munerum editio-
Euseb. ne, celebrauit; eo anno Christiana
l. 6. c. illum Sacra suscepisse, ac præterito-
27. rum scelerum Exomologesim fecisse
tradunt.

*Philip-
pus
Imp.
Chri-
stianus*

Euseb. Per idem tempus, vt Eusebius scri-
l. 6. c. bit, nouæ hærefes apud Arabiam ex-
30. titerunt, veteres quoque sæpius iu-
Epiph. gulatæ reuixerunt. nam & ex Gno-
har. sticorum schola, voce tenùs fidem
19. 53. abnegare fas esse, &, quod hætenus
Aug. nemo somniauerat, animas vna cum
de har corpore interire, Iudicij porrò vni-
c. 32. uersalis tempore, reuiuiscere, non
nulli docuerunt. imò rerum nouan-
darum studium eò peruenit, vt ab
esu carniùm, ex Pythagoræ præce-
pto, abstinendum, &, quod absur-
dum est magis, vnumquemque Eu-

*Nouæ
hære-
ses.*

nuchum fieri oportere, non pauci contenderent.

*S. Cyprianus
Carthag.
Episc.*

Quinquagesimo huius sæculi anno Cyprianus Vir Sanctissimus Carthaginiensi Ecclesiæ post Donati mortem præficitur, illustri apud suos loco natus, Senatorio clarus munere, Rhetorque, ac Philosophus præstantissimus, ad Christi verò Fidem haud ita pridem matura iam ætate, maximo rei Christianæ bono, traductus. sequenti anno Augustorum cædem quidam tribuunt, quam non nisi post biennium contigisse constat.

Chri.
Ann.
250.

Chri.
Ann.
251.
252.

Verùm Alexandria, Magi cuiusdam suasu, maxima à seditiosis Ciuibus in Christianos excitata est procella, quæ veluti præludium fuit ad Decianam, quæ mox sequuta est, persecuutionem. ea seditione, præter alios complures, qui conuicia in Christum iactare abnuentes Martyrio affecti sunt; Apollonia prouecta iam ætate Virgo eadem ex causa abrepta, dentibus ad vnum excussis, rogo admota, carnicis præuertit officium.

*S. Apollonia V.
& M. Philipporum
cades.
Decius
Imp.*

At Philippus, Veronæ cum esset, Decij scelere, Imperium pari scelere partum amisit, eiusdemque Decij factione Philippus Filius Romæ interimitur. de Filio tradunt senilibus illum moribus præditum, numquam risisse. Patrem verò mutatis cum Religione moribus, Senatui Populoque Roma-

Chri.
Ann.
253.

no

Cy
ep.
&
bi.

Eu
l. c
33

no gratum demum extitisse; argumen-
to esse potest eius post mortem se-
quuta consecratio, quamvis Succes-
sorem habuerit inimicum. eodem fe- *Pabia-*
rè tempore Fabianus Pontifex Marty- *ni Pa-*
rij palmam adipiscitur, exacto Pon- *pamar-*
tificatus anno XV. *tyrii.*

Decius porrò vixdùm Imperium *Decij*
inuaserat, cum, feralibus edictis, bel- *perso-*
lum Ecclesiæ intulit omnium, quæ *quatis*
tùm fuerant, asperrimum; quo factum
putamus, vt Romana Sedes post Fa-
biani exitum tandiù vacauerit. huius-
modi terrore incusso, multi, datis li-
bellis, se ipsos deferentes, ne vitæ,
aut rei familiaris iacturam facerent,
Christi Fidem supplicijs nondùm ad-
motis abnegarunt. multi fuga dilapsi,
inter quos Cyprianus primum illum
belli impetum declinavit, vt postea
gloriosius triumpharet. *hoc loco Au-*
thor multas ex Cypriani epistolis re-
censet, ex quibus, & ipse in Christi
Martires charitas, & totius tum rei
Christiana status deprehenditur.

Cypr.
ep. 15.
& ali-
bi.

At verò eorum, qui Martirij pal- *Marty-*
mam adepti sunt, tantus fuit nume- *res in-*
rus, vt vel nomina recensere, nihil *numr-*
aliud futurum sit, quàm Martyrolo- *ris.*
gium retexere, aut exscribere.

Euseb.
l. 6. c.
33.

Dionysius quoque Alexandrinus de
se, deque commisso sibi grege mise-
randam texit historiam, quam ex Eu-
sebio petes. eos inter, qui huiusmodi

*Paulus pri-
mus Ere-
mita.*

se procellæ subduxerant, Paulus fuit, qui solitudinem, cessante quoque formidine, ita coluit, vt ad vitæ finem, quæ sextum Constantij Consulatum attingit, in ea permanserit. Hic est Ille Paulus Anachoretarum facile Princeps, cuius res gestas Hieronymus elegantissimè est prosequutus. Neque tum Origenes, adhuc superstes, ab huiusmodi vexatione immunis fuit, diù, & ipse, catenis oneratus, carceri mancipatus, Martyrij palmam nequaquam adeptus. cæterum falsò impietatis à quibusdam arguitur, quasi non nisi thure demum oblato mortem effugerit. *à qua illum calumnia firmis argumentis Author hic eximit.*

*Hier. in vi.
Origenis ve-
xatio.*

*Babilas, &
Alexander Marty-
rium.*

Percelebres item Viri Babilas Anthiochenus, & Alexander Hierosolymitanus, Antistites diris quæstionibus, diuturno vexati carcere, effœtæ ætatis cum iam essent, occubuerunt.

*Gregorius Thaumatur-
gus.*

At Gregorius Thaumaturgus, vt de eo tradit Nyssenus, cum suorum imbecillitatem exploratam haberet, veritus, vt ex his multi vsque ad mortem pro pietate essent certaturi, Author illis fuit, vt fuga periculum declinarent, seque His fugæ non comitem modò, sed ducem præbuit.

Valerianus Censor

Hoc eodem anno, Valeriano, ex S. C. generalis Censura, & in Iudices reliquos potestas demandata est, Decio id ratum habente; cum iam exercitu

*Ch. An.
25.*

*Cy.
ep.*

citu comparato in Persas proficisceretur, quod ideò dictum volumus, quia multa in Martyrum actis hoc tempore Decio simul, ac Valeriano, quasi Collegis, tribuuntur.

Chri.
Ann.
254.

Decio secundum in Imperio annum agente, innumeri omnis generis Christiani, quos Author ex eorum actis recenset, Martyrium subiere.

At Cypriano adhuc delitescente, Foelicissimus, qui illius etiam electioni fuerat aduersatus, dirum Africana in Ecclesia Schisma confluit, cuius Affectæ Montenses dicti sunt.

Cypr.
ep. 52.

Post annuam Romanæ viduitatem Ecclesiæ, Summus creatur Pontifex Cornelius, de cuius electione, ac præclaris meritis extat Cypriani Epistola ad Antoninum.

Cornelius
Papa.

Decium interim aduersus Gothos, qui Thraciam inuasent, pugnantem, ac fuscum, fuscumque, obuia Palus hausit.

Decij
mors.

Gallus, qui limitaneis præerat legionibus Imperator ab exercitu acclamatus Volusianum Filium Collegam assumpsit.

Gallus
& Volusianus

Decij interitu reddita Ecclesiæ pace, frequens Lapsorum turba glomeratim quodammodo ad eam redibat. tùm Cyprianus, non esse ex Ecclesiasticæ disciplinæ maiestate ratus omnibus promiscuè ostium patere, eruditissimum de Lapsis commentarium

Impp.

scripsit, simul suæ se Ecclesiæ, è la-
bris emergens, reddidit. Illud nequa-
quam est prætermittendum, in omni-
bus antiquioribus Martyrologijs ad
S. Try- diem XIX. Octobris inter Sanctos
phonia adscriptam haberi Tryphoniam Vxo-
Decij rem Decij Cæsaris, sepultamque in
Iunio- Coemeterio apud S. Hippolytū; hanc
ris, Cō- autem non Senioris Decij, quæ He-
iux. rennia Salustia fuit, sed Iunioris Con-
iugem fuisse, dictum à nobis est in
Romani Martyrologij Notis.

Noua- Nouatus, qui in Africa Episcopus
tus, & fuerat, ab eaque recedens, Romam
Noua- venerat, turbas ibi non vulgares ex-
tianus citavit. nactus quippè Nouatianum
Romanum Presbyterum, Cornelio,
ob æmulationem, infensum, Roma-
nam Ecclesiā, vixdum à persecutio-
ne quiescentem, miris artibus, cum
ipso Pastore exagitavit. admonendus
tamen est Lector ob similitudinem
tūm morum, tūm nominum, multa
promiscuè duobus hisce huius Schis-
matis Authoribus tribui, eorumque
vt nomina, ita & res gestas confundi.
porrò in Cornelium ab his iactatas ca-
lumnias, eadem ipsa ad Antonianum
epistola Cyprianus refellit. his autem
cum nihilominus apud Romanū Cle-
rum aliquid profecissent, factū est, vt
Cornelij electione abrogata, à suæ sa-
ctionis hominibus Nouatianus Roma-
nus Pontifex crearetur. Is, vt parum
sta-

Primū
Schis-
ma in

Euseb.
l. 6. c.
35.

stabili fundamento nixam fulciret ele- *Eccl.*
ctionem, ipsos quoque Laicos, dum *Rom.*
eis Christianam Hostiam proprijs ma-
nibus cōmunicaret, iure iurando seor-
sim singulos adegit, vt, Cornelio ab-
dicato, se Pontificem agnoscerent.

His peractis, tam Cornelius, quam
Nouatianus literas ad precipuos Chri-
stiani Orbis Antistites dederunt. Hic
insuper Legatos ad Cyprianum, qui
Prouincialium Episcoporum Conci-
lium coegerat, destinauit. Hi ne ad-
missi quidem sunt. Dionysius verò
Alexandrinus tam acre Nouatiano
dedit responsum, vt à D. Hieronymo
relatum, *prateriri à nobis a quo animo
non possit, licet breuitatem tanto-
perè quaramus. est autem tale.*

Dionysius Alexandrinus Episcopus.
Nouatiano Fratri salutem. Nolens nè
ad Sacerdotiū fueris inductus, ita de-
mum ostendes, si volens cesseris. nam
oportuit quiduis hac gratia perpeti,
ne discinderetur Ecclesia Dei, neque
minus praclarum ex hoc contigisset te-
stimonium, quòd noluisses dissidium
inducere, quàm proficisci solet ex eo,
si quis recuset simulacris immolare,
atque adeò praclarus etiam mea qui-
dem sententia; si quidem illic vni pro-
priaque consulitur anima, hic totius
Ecclesiae negocium agitur, tamen si
nunc quoque si persuaseris, si compule-
ris Fratres in concordiam redire, plus

egeis officio, quàm peccaueris errato;
 atque hoc quidem haud imputabitur,
 illud verò laudibus feretur. caterùm
 si, non obtemperantibus, minus asse-
 queris quod vis, tamen fac modis om-
 nibus tuam ipsius serues animam.
 hæc Dionysius.

*Decre-
 ta de
 lapsis.*

Concilio, quod diximus, à Cypria-
 no coacto illud peractum, vt excom-
 municationis césura in Foelicissimum,
 eiusque Assclas à Cypriano promul-
 gata, rata haberetur: Lapsis porrò, cer-
 tis, pro criminum generibus, poenis
 constitutis, Ecclesiæ ostium apertum.
 si qui ex his Sacerdotes, aut Clerici
 fuissent, ad Laicorum communionem,
 non ad ministerium admissi. eadem
 omninò Romæ, Synodo per Corne-
 lium coacta, decreta sunt.

Nouatus interim cum alijs nonnul-
 lis Schismaticorum, specie legationis,
 in Africam Roma delatus est. eius di-
 scessu, plærìque omnes ex his, qui No-
 uatiano adhæserant, quique Corne-
 lium calumpniati fuerant, resipiscen-
 tes palinodiam cecinerunt. Porrò

*Noua-
 tiano-
 rü hæ-
 reses.*

Nouatum, ac Nouatianum non Schif-
 maticos modò, sed etiam Hæreticos
 fuisse ex Cypriano, & alijs testatum
 habemus; nec tantùm falso dogmate,
 de Lapsis ab Ecclesia non recipiendis,
 de Lapsis ab Ecclesia non recipiendis,
 & Cataphrygum erroribus, ex qua-
 dam Stoica seueritate, irretitos. pecu-

*Cypr.
 ep. 46.
 & seqq
 Euseb.
 l. 6. c.
 35.*

*Theo-
 doret.
 har.
 fab. l. 3
 lia-*

liarem quoque illorum morem fuisse constat, vt baptizatos apud Catholicos, rebaptizarent. Sub idem tempus Barbarorum in Numidiam incurfione multi promiscui fexus Christiani captiui abducti sunt. ad eos redimendos indiéta à Cypriano collecta, tria ferè aureorum millia, vt ipse testatur, coacta, & ad Numidiæ Episcopos eum in vsum transmissa sunt.

Collecta pro redimendis captiuis.

Cypr. ep. 60.

Chri. An. 255. Euseb. l. 6. c. 35. Hier. de scr. eccl. in Corn. Cypr. ep. 55. Sequenti anno, qui Galli, ac Volufiani fecundus fuit, frequentior aduersus Nouatianum Synodus Romæ coacta est Episcoporum LX. Aliud quoque Concilium celebratum tum fuisse, ac Italicum nuncupatum, tradit Hieronymus, quemadmodum etiam & in Africa, quod testatur Cyprianus, in quo fuerunt Episcopi XLII. ab hoc Conuentu cum Priuatus antiquus Hæreticus iam antea damnatus, fuisset exclusus; coacto sui similibus Coetu, aduersus Cyprianum, Fortunatū Pseudoepiscopum creandum curauit, & ad Cornelium ea super re Legationem mitti, quæ ab illo reiecta est. de hoc autem Schismate plura in Cypriani Epistolis habentur.

Schisma Carthaginense.

Antiochiæ insuper Synodus Orientalium Episcoporum frequentia celebris coacta est, ea ipsa de causa, quod ipsa Antiochena Ecclesia Nouati Schismate laboraret.

Dicitur.

Hoc eodem anno tum vulgaris lues

Pestis

I 5 exti-

decennalis. *Noua persecutio* extitit; quæ vniuersum fere terrarum Orbem toto deinceps decennio depasta est, tum nouum bellum aduersus Christianos a Volusiano, & Gallo indictum, Valerianus æquo fermè annorum cursu est prosequutus. huius procellæ initio Cornelius ad Centumcellas exul mittitur; quò, cum multi confluerent, aut ad eum literas darent, cumque Cerealis, à quo Cornelij *Pa-*nelius custodiebatur, multis cum *pa, ac* eiusdem custodiæ militibus Christi *aliorum* dem amplexus fuisset, Volusiani iussu *Mart.* tum Cornelius ipse, tum Cerealis, viginti ferè cum militibus Romam perducti, ac in Templum Martis inducti, ei immolare cum renuissent, omnes capite plexi sunt.

Lucius Papa. Cornelio, qui biennio ferè Pontificatum gessit, sublegitur Lucius, ad quem binas Cyprianus literas dedit, quarum alteræ tantum extant. Lue, quam diximus, iam vbique grassante, Christianorum charitas maximè enituit; in primis autem sacrorum Antipestis stitum, Cypriani in Africa, Dionysij Alexandriæ, Thaumaturgi in Ponto: qua etiam occasione multi Christi Fidem amplexi sunt, qui viderent Christianam charitatem non Christianos modò, sed ipsos æquè Gentiles amplexantem, & propriæ vitæ dispendio opem omnibus ferentem. contra verò alij complures, ex veteri instituto,

in Gallo, & Volus. Pomp. Lat. in eisd. Euseb. chron. Greg. Nyss. in Taumat.

to, cladem publicam Idolorum contemptui, Christianorum impietati tribuere, iactatis in eos conuicijs, Populique, ac Præsidium sæuitia excita-

Cypr. ad Demetr. ta. his coactus Cyprianus, declamatoria pro Christianis Apologia, ad Demetrianum Proconsulem, liberri-

Cypriani libertas.

Lact. l. 5. c. 4. res inuectus est; ea in Oratione Lactantius aliquid desiderasse se scribit. nempe alia ex Profanis argumenta non tantum ex Sacris Literis, quibus Gentiles homines fidem haud præstarent.

Cypr. ep. 69. Sub idem tempus Cyprianus aliud Schisma passus est, summa in eum audacia scriptis quoque editis, insurgente quodam Florentio Pupiano, quem tamen egregiè refellit.

Euseb. l. 7. c. 1. Hoc eodem anno, ut testatur Eusebius, Origenes propè septuagenarius decessit. *de cuius erroribus, ac vicissim laudibus multa hic habes ab Authore ex Patribus hinc indè relata.*

Origenis obitus.

Illud hic nequaquam est prætermittendum, errore eos omnes duci, qui Gallo, ac Volusiano biennium tantum Imperij tribuunt. attigisse etenim quadriennium constat. erroris porrò causa ea fuit, quod ipsis Augustis supersticibus, Valerianus ab Alpinis legionibus Imperator sit acclamatus, insuper, & Tribunitia ei potestas adiudicata. neque illi tantum, sed Gallieno quoque Filio, ut

ex antiquis patet inscriptionibus.

Lucij Lucius, annuo ferè Pontificatu ge- *Chri.*
Papa sto, ob Christi Fidem securi percuf- *Ann.*
Marty sus, Successorem habuit Stephanum. 257.
rium Nec diuina aduersus Cæsares ultio
Steph. admodum cunctata est. quippè arma
Gallus in Æmilianum, qui Augusti nomen, &
Volu- Ipse, inuaserat, fumentes, ambo à mili-
sianus tibus, à quibus Imperium acceperant,
& Æ- exitium habuerunt, apud Interamnam
milia- trucidati. nec Æmiliano Principatus
nus oc- fuit diuturnus, quartum intra men-
cisi. sem iaterempto. eius morte rerum
Valer. summa ad Valerianum delata est. er-
Imp. rant; qui putant ab adepto, statim Im-
perio illum in Christianos sæuissè;
falsum enim hoc esse, tradit Diony- *Apud*
sius Alexandrinus tum superstes, ad *Euseb.*
ditque Magi cuiusdam Ægyptij suasu *l. 7. c. 9*
persecutionem eum postea instauraf-
se. Dum itaque Ecclesia ab ea quie- *Cypr.*
uit, Cyprianum de more Synodum *ep. 63.*
Aqua ex suæ Prouinciæ Episcopis coëgisse *& 66.*
in Mis constat, in qua inter cætera reproba-
sa of- tus est eorum error, qui pro vino
ferri aquam in sacrosancto Sacrificio offe-
verita rebant. id moris apud quosdam per-
sequutionis tempore inoleuerat me-
tuentes, ne ex vini odore à matutino
Sacrificio, & Sacræ Synaxis perce-
ptione proderetur. memorabilis etiam
querela ad eam Synodum perlata de
Christiano Homine, qui moriens Pres-
byterum Filijs Tutorem reliquisset,
cum

cum iam extaret decretum, si quis id
ausus fuisset, pro eo Sacrificium ne
offerretur. non enim mereri apud
Altare Dei in Sacerdotis prece eum
nominari, qui ab Altari Sacerdotem
auocauerit.

Cleri-
cis ubi
tela ve
tita.

Chri.
Ann.
258.

Cæterum quam pridem Catha-
phryges, recentius autem Nouatiani
Catholicam Ecclesiam perturbant,
cum Lapsos, quantumuis poenitentes,
seuerius reijciunt, alij iam in contra-
riam omninò partem recedentes,
non minus infestam habent. Horum
Dux, quem diximus, Foelicissimus
apud Africam Episcopis nonnullis li-
belli labe maculatis, eaque de causa
gradu motis, in sceleris societatem
assumptis, ita vicissim recipiendos ef-
se Lapsos assererat, vt, nulla Exomo-
logesi facta, nullo gradus, atque ho-
noris dispendio, ad pristinas dignita-
tes restituerentur. His nonnulli, etiam
Hispaniæ Episcopi, pari infames de-
decore, accesserunt; in quos omnes
Cyprianus, datis ad Romanum Pon-
tificem, aliasque Ecclesias literis acri-
ter inuectus est.

Ep. 68.

At verò cum Iconij Asiæ Vrbe,
coactis ibi multarum Ciuitatum Epi-
scopis, decretum fuisset, rebaptizan-
dos eos esse, qui ex Hæreticis ad Ec-
clesiam se recepissent, quod & antea
placuerat Tertulliano, atque Agrippi-
no Carthaginiensi Episcopo, Decre-
tum

Dog-
ma de
iterã-
do bap-
tismo.

tum huiusmodi Africae Episcopi, Cyprianus in primis, ratum habuerunt, tantaque animi obstinatione propugnarunt, ut de tanti Viri, ac totius Prouinciæ Schismate trepidatum sit. Sanè Stephanus pro summa in Ecclesiam autoritate, qui apud Iconium conuenerant, Episcopos excommunicatione perculit: Cypriano, ac reliquis Africae Episcopis, diu monitis, ne ab Apostolicis traditionibus vellent recedere, tandem persuasit. Orientales quoque Antistites, Dyonisio Alexandrino (qui eiusdem fuerat sententiæ) præcipuè adnitente, Stephano tandem assentientes, eidem, ac Catholicæ cum eo Ecclesiæ, Christianæ concordiae fœdere iuncti sunt.

Valeriani persequutio

Per idem tempus Valerianus octauam, ut numerant, Persecutionem in Christi Gregem excitauit sæuam adeò, ut Sanctissimus Vir Dyonisius Alexandrinus Antichristi tempora aduentasse putauerit. *qua verò hoc anno Roma sunt gesta, ex Actis Hippolyti, & Sociorum Martyrum Author hic affert. quemadmodum etiam quæ sequenti, quo Stephanus, alijque peritium. multi Tyranni iussu maclati sunt.*

Stephani Papa Martyrium. Sixtus Papa II.

no Roma sunt gesta, ex Actis Hippolyti, & Sociorum Martyrum Author hic affert. quemadmodum etiam quæ sequenti, quo Stephanus, alijque peritium. multi Tyranni iussu maclati sunt. rexerat Is Romanam Ecclesiam annis paulò amplius tribus, cum ei Sixtus subrogatur. ad Hunc eiusdem Dionysij apud Eusebium extat Epistola, qua eum consulit, rebaptizandus ne esset,

qui

Chri.
Ann.
259.
Euseb.
l. 7. c.
3. 4.
Hier.
de sec.
eccl. in
Cypr.
Aug.
de Civ.
Dei l.
18. c.
52.
Oros. l.
7. c. 22
Chri.
Ann.
260.
Euseb.
l. 7. c. 8

Ni
Co
c. 1
La
c. 8

Et
l. 7

qui alieno ab Ecclesiæ ritu baptizatum se apud Hæreticos affirmabat. quo singularis Dyonisi, modestiæ iuncta, elucet prudentia, qui in casu satis explorato, Ecclesiæ scandalum adhuc timuit, ne in antiquum errorem relabi videretur. cæterum quamquam Sixti responsum non habemus, par est credere huiusmodi fuisse, vt diceret eorum demum Hæreticorum ratum habendum esse Baptismum, qui præscriptam ab Ecclesia formam adhibuissent. quod & in Nicæno quoque, ac Laodicensi Concilio edictum reperitur.

Nicæ.
Conc.
c. 19.
Laod.
c. 8.

Quæ hoc anno Dionysius ab Augustali Ægypti Præfecto Æmiliano sit passus, quæque alibi alij, ex Eusebio præsertim petenda sunt, Cypriani vero primum certamen, atque exilium, ex eius literis, & peculiaribus Actis, quæ adhuc extant.

Dionysij, & Cypriani exilium.

Euseb.
l. 7. c. 5.

Prodiit hoc eodem tempore Sabelius, non tam nouæ Hæresis Inuentor, quam veteris, iam abolitæ, Instaurator. Is Sacrosanctam Trinitatem non vnum tantum Deum sed & vnam tantum esse Personam affirmabat, nomine tenus, non nisi ex effectibus distinctam, proindèque non Filium solum, sed Partem quoque, ac Spiritum natum, ac passum; hoc ille non à Noëto tantum Præceptore potuit addiscere, sed ab alijs qui multis ante

Sabelius hæresiarcha.

Noë-

Noëtum annis idem somniauerant, de His enim, qui Patripassiani sunt dicti meminit Cyprianus, & ante eum Tertullianus, omnium verò primus Ignatius. aliud quoque ex Hermogene est mutuatus, Materiam nempe ingentam, siue improductam esse. *Habes hic apud Aathorē alias quoque Hareses eorum, qui Angelos pro Dijs colerent: qui coniugia damnarent: qui rerum possessionem illicitam affirmarent. sed hi sibi ipsis ferè delirarunt.*

Cum in dies Tyrannus ob Christianorum constantiam efferatior redderetur, non eorum modò Conuentus vetuit, sed quoquo modo ingressum in Coemeteria. in huiusmodi ergò legem peccantem Sixtum, ipso in Calisti Coemeterio obruncat. moritur Sixtus Pontificatus anno nondum expleto, cui Successor post mensem datur Dionysius, qui vitam duxerat solitariam. triduo à Sixti cæde Laurentius Diaconus, omnium ore, ac scriptis celebratum Martyrij egit triumphum. Hunc eodem in stadio sequitur, atque aded post sexquimensem assequitur Cyprianus, qui exilio, ut diximus, mulctatus fuerat, noui Proconsulis iussu reuocatus, capitis iudicium subiit. *Huius memorandum certamen ex eius Actis, & ex Pontio eius Diacono, qui intefuit, fusè Aathor recenset; quem require. quemadmodum*

*Sixti
Papa
Martyrii.
Pionysij
succes-
sio.
Laurē-
tij Mar-
tyrii.*

*S. Cy-
priani
Martyrii.*

*Cypr.
ep. 73.
Tert.
de pra-
script.
c. ult.
Ignat.
ep. ad
Phil.
Epiph.
har.
57.
Chri.
Ann.
261.
Cypr.
ep. 82.
Marty
rol. 6.
Aug.*

Chri. dum, & alia innumera Martyrum
Ann. certamina ad sequentem annum spe-
262. ctantia ex Romano Martyrologio, alijs-
que probatis Actis referentem.

Chri. Sexagesimus tertius huius sæculi
Ann. annus maximis toto Orbe cladibus Clades
263. insignis fuit. vulgaris quippè lues Ro- publi-
Treb. mæ tantum quinque hominum millia ca.
bel. in vno die extulit: Alexandriam aliasque
Gallie. insigniores Vrbes dimidia plus parte
Euseb. absumpsit. Terræmotus integras hau-
l. 7. c. serunt Ciuitates, Mare, ac Flumina
17. exundantia commissa terræ semina,
Oros. aut merferunt limo, aut impetu de- Diane
l. 7. c. terferunt. Ephesi Dianæ Templum Tem-
22. cum Asianis diuitijs conflagrauit, in- plū in-
signiora quæque ædificia vbique censū.
corruerunt. Tyranni Romanum Im- Valer.
perium conciderunt. Valerianus ip- infor-
se Augustus effusi Christiani sangui- tuni it.
nis abundè pœnas dedit, à Sapore
Persarum Rege victus, captusque,
totoque vitæ tempore ignominiosis-
simè habitus. quippè Rex Barbarus
prospera elatus fortuna, equum ascen-
surus Augusti tergum premere con-
suevit. adeò nulla maiestas ab extre-
mo etiam Fortunæ ludibrio tuta est.
At Gallienus paternam iniuriam ita
non vltum iuit, vt, ne tentato quidem
bello, miserabili illum in seruitute
contenescere æquo animo tulerit,
non prius Patris memor, quam mor-
tuum illum audisset; tum demum in-
ter

ter Deos retulit, quem infra homines esse sustinuerat. huiusmodi porrò clades, in rem nostram versæ, Christi Fidem maximè auxerunt. Barbarorum præcipuè incursiones, à quibus cum Christiani complures captiui abducerentur, diuinam apud eos sementem propagarunt.

Sozom
l. 2. c. 5

*Sabel-
lius à
Diony-
sio im-
pugna-
tur.* Hæc inter Dionysio Alexandrino Antistiti ad pestilentia, famisque cladem, ad belli Ciuilis pariter, ac externi incommoda, quæ, Æmiliano Tyrannidem occupante, Prouinciam vexarunt; aliud cum Sabellianis bellum accessit, quos dum malè, vt diximus, de Trinitate sentientes studet refellere, in contrariam sententiam declinare à recta Fidei semita est visus. quare à quibusdam Coëpiscopis ad Dionysium Romanum Pontificem delatus, Conuentu Romæ habito se ipsum purgare coactus est; quod & præstitit. eiusque tum Apologia, ac prolata ea superre sententia maximo deinde fuit contra Arrianos momto.

Athã.
de sët.
Dion.

Post hæc nouum ei certamen fuit cum Ægyptio Episcopo Nepote, qui assertum olim à Papia alijsque compluribus dogma de *Millenario* pugnantissimè tutabatur. in quem duos vulgavit libros, quos *de Promissis* inscripsit. Quo tempore Romam se venisse

Chri.
Ann.
264.
Euseb.
l. 7. c.
19.

*Porphy-
rius
Romæ.* Porphyrius scribit, qui de Plotino, Romæ adhuc degente, addit, gratia illum.

Porph.
in vita
Plot.

illum apud Gallienum pollentem enixè ab eo postulasse, vt liceret sibi, alijs- que ex Platonis disciplina Amicis, atque Auditoribus dirutam in Campania Urbem instaurare, & Platonopolim nuncupandam, Platonis legibus gubernare. cum autem voti iam compos factus videretur, demùm, familiaribus dehortantibus, Gallienus abnuit.

Chri. Torpente ex desidia Augusto, Pal- Odena
Ann. mirenorum Rex Odenatus, totius tus
265. Orientis Imperator appellatus est, Palmi
defensa Syria, Mesopotamia adepta, renoriè
Parthis deuictis, quorum Satrapas à Rex
se captos Gallieno misit reuerentiæ
in Romanum Imperium, ignauitæque
eius exprobrandæ causa. illum autem
de alienis captiuis non puduit trium-
phare.

Iterum Dionysio Alexandrino, ac Samo-
cognomini Romano Pontifici nego- sarenè
cium exhibitum à Paulo Samosateno haresis
Antiocheno Episcopo nouæ Hæresis
assertore, qui diuinitatem Christo adi-
mebat, eiusque Sanguinem in Eucha-
ristia corruptibilem assererat.

Chri. In eum, sequenti anno, quo & Ale- Dionya-
Ann. xandrinus Dionysius moritur, Con- sijn Ale
266. cilium Antiochiæ coactum est. quod xadri-
tamen, simulata ad tempus poeniten- ni obi-
tia, Veterator elusit. tus.

Chri. Decimotertio Principatus anno Vale-
Ann. Gallienus Valerianum Filium Augu- rianus
266. stum Iunior

*Impe-
riū af-
sumēt.* stum dixit. Quo tempore Posthumij
apud Galliam occisis, ibidem Lollianus, & post eum Ælianus, ac subinde
Victorinus Augusti nomen inuaserunt. His insuper sublati, adnidente Victo-
rini Coniuge, Tetricus Senator eiusdem Prouinciæ Præses eodem nomi-
ne insignitur; sedente interim Gallieno, suaque, ac Romani Imperij pro-
bra ociosè spectante.

*Tre-
bel. in
Gallie.*

*Gallie-
ni
mors.* Qua eius segnitie stomachatus Clau-
dius, Vir domi, militiaeque insignis,
qui Legionibus apud Daciam præ-
erat, de abrogando Illi Imperio co-
gitauit. Hunc, ut placatum haberet,
Gallienus multis donis, quæ Trebel-
lius enumerat, cumulauit. sed haud
quaquam profecit; Mediolani etenim
cum esset, vnà cum Fratre, ac Filijs in-
terimitur. Romanum Imperium ma-
gna Militum, ac Senatus consensione
Claudio desertur. Is insigni de Barba-
ris parta Victoria, Romam venit. in-
senso autem cum esset in Christianos
animo; ex his centum amplius eo tan-
tùm nomine supplicio addixit. Cyril-
lam quoque, cuius Mater Tryphonia
Iunioris Decij Vxor, quam diximus,
iam decesserat ingulari mandauit.

*Chri.
Ann.
268.
Treb.
in Cla
ud.
Chri.
Ann.
269.*

Horum sanguine efferatior factus, Chri-
edixit, ut quicumque Christi Fidem
profiterentur, siue in carcere hi es-
sent, siue alibi vbiuis reperti, promi-
scuè, indicta causa, occiderentur. eo

*Chri.
Ann.
270.*

Edi-

Edicto, & qui ad arenam fodiendam damnati fuerant trecenti ferè numero, tumultuariè inde educti, ac Theatro clausi, militum missilibus confecti sunt. *alij præterea huic anno adscripti Martyres singillatim hic ab Aothore profertur, quos si libet apud eum require.*

Chri.
Ann.
271.

Tertio Principatus anno Claudius Vulgari lue tactus interiit. tùm Quintillus Ipsi germanus Augustus à militibus salutatus, ab iisdem, quod seuerius cum his ageret, intra mensem occiditur, siuè, vt alij tradunt, se ipsum, eorum ob defectionem, interficit. tanti Ei breuis Imperij vsura stetit.

*Clau-
dij
mors.*

*Item
Quin-
tilli
Fra-
tris.*

Summa tùm rerum Aureliano delata, quem omnes à Iustitia, & Fortitudine commendabant. eius tamen seueritatem milites, Christiani sæuitiam experti sunt.

Chri.
Ann.
272.

Samosatenum abdicatam semel hæresim restituere molientem, secundo ibidem coacto Concilio Patres damnant, ac Episcopatu deiciunt. Synodicam Epistolam ad Romanum, atque Alexandrinum Pontifices datam, ex qua eiusdem Conuentus acta habentur, Eusebius recitat.

*Aurè-
lianus
Imp.*

Extremo hoc anno Dionysius Romanus Pontifex moritur, Pontificatus anno XII. cuius locum subit Foelix.

Aurelianus tùm Christianos, quasi seditionum Authores coërcendos ratus, Edicto promulgato, Iudicium sæ-

uitiæ

uitiæ exposuit, vt multorum Acta, *Vopisc. Fusseb. l. 7. c. 24.*
 Martyrum probè testantur; quamuis Sulpitius Seuerus, alijque nonnulli de excitata hoc tempore persequutione ne meminerint quidem.

*Zeno-
bia Re-
gina.*

Is sanè à confecto Gothico bello haud diù in Vrbe moratus, in Zenobiam virilis animi Foeminam, quæ Odenato Viro demortuo, Orientis Imperium proprijs auspicijs abministrabat, cum copijs profectus est, deque ea demum victa, & captiua Romam adducta, triumphauit; libera posthæc ab Aureliano dimissa, ac Tyburtino agro donata, inter Romanas Matronas summa cum continentię laude consenuit. cum Religione esset Hebræa, Christiana eam deinde Sacra suscepisse tradunt.

*Fœli-
cis Pa-
pa Ma-
tyriū.
Euthi-
chian.
PP.* Interim Fœlix Pontifex Martyrio coronatur postquam tribus paulò amplius annis Ecclesiam administrasset. cuius obitu Euthichianus Pontificatum adipiscitur. alij præterea complures, quos *Author recenset*, Martirij palmam adepti sunt. neque hoc tantum, sed duobus insuper, qui sequuti sunt, annis; quorum postremo (vt verior fert sententia) Manes prodiit, à quo impium Hæreticorum genus Manichæi; *de quorum iuncta im- pietati stultitia, multa hic Author recenset.*

*Aure-
liani
mors.*

At Aurelianus per Thraciam iter faciens

*Chri.
Ann.
274.
Vopisc.
in Au-
rel.*

*Vop
in
rel.
Oro
7.c.
Ch
Anc
279*

*Ch
Ann
280
Ch
Ann
281
Ch
Ann
282*

*Ch
Ann
283*

Vopisc. in Aurel. Oros. l. 7. c. 23
Chri. Ann. 279.
faciens, ab exercitus Ducibus interficitur. Milites deligendi Successoris potestatem Senatui detulerunt; Senatus vicissim Militibus; quo factum, ut sex ferè mensibus ea in deliberatione insumptis, tanta ambitione, ac periculo quæri solitum Imperium tum vacauerit. Tacitus demum summa Vir præditus Iustitia, ac moderatione, Augustus à Senatu appellatus, intra annum moritur. Florianus Frater quasi hæreditarium suscepit Imperium, sed fraterno brevius, Probi metu, quem exercitus humili apud Dalmatiam, siue Pannoniam loco natum, moribus tamen probatissimis, Augustum appellauerat.

Tacitus Imp. Florianus. Probus

Chri. Ann. 280.
Chri. Ann. 281.
Chri. Ann. 282.
Is delatum à Militibus Imperium, Senatu quoque assentiente, inuitus dicitur accepisse; accepto, Gallias de Germanis recepit, Illyricum de Sarmatis, Thraciam de Gothis. Persarum Regem ad pacis condiciones petendas compulit. Francorum nihilominus audacia, pacatus iam Romanus Orbis, infestus iterum habetur terrestribus eorum, ac maritimis incursionibus.

Chri. Ann. 283.
Quinto demum Imperij anno Probus, & Triumphum agit de Barbaris, & à Militibus disciplinam detrectantibus interficitur. Probi morte Imperium Carus adipiscitur, Filiosque Carinum, ac Numerianum Cæsares dicit.

Probi mors.

Cari. Horum Carinus Romæ ad Reip. gubernaculum relictus, dum Pater, ac Frater bellum in Persas prosequuntur, ab ijs diffimillimus, probrosum vitæ genus instituit. Carus porro, *ac Filiorum mors.* Persis devictis, castris ad Tygrum positis, ictu fulminis deflagrauit: rerum summa ad Filios delata, ex quibus Numerianus optimæ indolis Adolescens, haud ita multò post Apri Sòceri dolo interficitur; Carinus ad sequentem annum Principatum prorogavit, quo demum à Tribuno, cuius Vxorem, vt ferunt, violauerat, iuterfectus, non eius tantùm flagitij, sed aliorum quoque scelerum pœnas dedit.

Euthichiani Papa Martyrium. Caius succedit. Iam ad Ecclesiasticam historiam reuertatur. Euthichianus Romanus Pontifex, qui CCCXLII. Martyres suam vitam sepulturæ dicitur tradidisse; eos demum sequutus, & ipse Martyrium consecutus est, anno Pontificatus nono. Huic Caius successit. quo tẽpore Antiochiæ quoque Timæo Episcopo Cyrillus subrogatur, vbi tũm Dorotheus eiusdem Ecclesiæ Presbyter sacræ pariter, ac profanæ Doctrinæ laude florebat, quem audisse se docentem, Eusebius testatur, Illumque, & alios nonnullos insignes Viros, Anatolium in primis à Philosophicis, totiusque politicior literature studijs commendat, quæ quidem omni æuo Christianæ rei decori fuerunt, atque adiumento.

Mi-

Chr
Ann
284
L.8
de s
EccEut
l.9.
Vop
E
stor
Car
EccChr
Ann
285Chr
Ann
286

Chri. Mirum sanè videri potest, Martyres
Ann. non paucos hoc tempore supplicium
284. passos reperiri, cum constet Carum
L.8.C. etiam tributa Ecclesijs remisisse. itaq.
de sac. Præsidum, ac Iudicum sæuitiæ potius,
Eccl. quàm Principum hæc qualiscumque
Christianorum vexatio est tribuenda.

Entr. Carino nondum interempto, Dio- *Diocle*
l.9. cletianus Dioclea Dalmatiæ Oppido *tianus*
Vopisc. humili natus loco, qui & Anulini *Imp.*
Ep. Vi. quondam Senatoris Libertus fuerat,
stor. in Imperator à Militibus acclamatur; de
Carin. cuius in Christianos odio, ac sæuissi-
Etc. ma persecutione deinceps dicturi
sumus. Sanè non alia in nos procella
gravior incubuit; vt constaret, vlti-
mos inferni Tyranni esse conatus.

Chri. Porrò licet Carino adhuc superstite
Ann. liberas Imperij habenas nequaquam
285. habuerit, Lyfia tamen in Cilicia Præ-
fide primum belli Clasticum in Chri- *Cosm.*
stianos intonuit; multi tùm Martyres *& Da-*
egregiè certarunt, ex His celebriores *mian.*
recensentur Cosmas, ac Damianus. *mar.*

Chri. At Carino sublato Diocletianus Ma *Maxi-*
Ann. ximianum, cognomento Herculeum, *mian.*
286. sui simillimum Collegã adscipuit; Con-
fulatu quoque, ac Tribunicia potesta-
te auctum, tùm, iunctis animis, ac vi-
ribus, illud ad Christi Fidem, si fas, de- *Chri-*
lendã excogitarunt, ne cui liceret *stianis*
quidquam emere, seu vendere, nisi *vita cõ*
thure, aut libamenti genere aliquo *mercio*
Statuis quibusdam vbique expositis, *inter-*
dictã.

*cio in-
terdi-
tum.*

oblato. insuper ne frumentum mole-
re, neuè aquam haurire, aut aliud quid-
uis humano vsui necessarium percipe-
re. quæ Fidelium lachrymæ, qui tùm
questus, quæ animorum fuerit conster-
natio, vix mente concipere, ne dum
stylo persequi licet. enituit sanè dicio-
rum quorundam Christianorum Cha-
ritas, qui multos domi tunc temporis
aluerunt, ex His, qui quotidianum sibi
victum comparare necesse habebant.
*de quibus, deque Sebastiani Militis, ac
aliorum Martyrio, qua hic Autor re-
ferat fusius, require. quemadmodum
etiam edictum, quod recitat Collega-
rum Principum aduersus Manichæos
ad Africa Proconsulem Iulianum.*
egisse autem radices, quàm alibi, al-
tius in Africa Manichæorum hæresim,
insumpti postmodum ab Augustino ad
eam euellendam labores, satis super-
que demonstrant.

Chri.
Ann.
287.

*Hiera-
citarū
hæresis*

Manichæorum, ac Gnosticorum
veluti propago extitit hoc tempore
apud Ægyptum, Hieracitarum Hære-
sis. Hi coniugia damnabant: Pueros,
fine rationis vsu vita excedentes, à
salute excludebant: vini, ac ciborum
complurium abstinentiã ad Salutẽ ne-
cessariam affirmabant. multa de
sto; multa de Deo perperã tradebant.
ex His vnum à Machario Ægyptio
Anachoreta argumentis simul, ac mi-
raculo victum Euagrius testatur.

Chri.
Ann.
288.

*Epiph.
har.*

*Hilar.
de Tri.
nit. l. 6*

*Phila.
c. 85.*

*Euagr
in vit.*

Ad Patrū.

Chri. Ad annum Sæculi huius XC. spe-
Ann. ctant iteratæ Martyrum quæstiones,
290. ac supplicia apud Tarsum Ciliciæ Vr-
bem, qua ex actis Proconsularibus ab
Authore hic recensentur.

Chri. Sequenti verò anno ieiuno, ob Scri-
Ann. ptorum inopiã præterito; qui tùm su-
291. bit, novos habet Cæsares Constantiũ
292. Clorum Constantini Magni Patrẽ, & *Constã*
Maximianum Galerium, qui & Maximi- *tius &*
nus ab aliquibus perperam dictus est. *Gale-*
rius Cæ-

Euseb. Hos, Tyrannorum vndique emergen-
in chr. tiũ metu, Dioclerianus extulit, sibi que, *sares.*
& hist. atque Herculeo affinitate iunxit; Va-
l. 8. c. leria Filia Galerio, Theodora Illius pri-
29. uigna, Constantio in matrimonium
collocatis; cum prius quas habebant,
Vxores repudiare compulisset.

Chri. Sed haud diũ Valeria superuixit, in
Ann. cuius memoriam Pater Pannoniæ par-
293. tem hoc nomine appellauit, de qua
294. Ammianus, & Zosimus, & ex nostris
Amm. Ambrosius meminerunt. Eius morte
l. 19. affinitatem dissolutam Augustus alijs
Zosim. propinquæ Virginis nuptijs iungere
l. 2. iterum exoptauit. Ea fuit Susanna, *Susanna*
Gabinij consanguinei Filia, qui Caij *na Vir-*
Pontificis Germanus erat. at illa, quòd *ginis*
pudicitiam coleret, & profanas nup- *Marty-*
tias auersaretur, vt Diocletiano mo- *rium.*
rem gereret adduci nequaquam po-
tuit; Is, id quod erat suspicatus, in
eius vitam, ac mores inquire iubet, &
Christianam repertam, paternis in-

ædibus capite plecti imperat.

Hoc tamen antequam perficeret, ad *Chri.*
Serenam Coniugem adduci Virginem *Ann.*
curavit, quò Eam à castitatis, & *295.*
Christianæ Religionis studio, si fieri posset,
dimoueret. Serena, quòd & Ipsa *Chri-*
stiana esset, in speciem quidem Viro
morem gessit, at re ipsa Virginis stu-
dium, atque constantiam commēdavit:
defunctæ postmodum corpus proprijs
curatum manibus sepulturæ tradidit.

S. Su- Extat Romę templū non longè à Dio-
fanna cletiani Thermis sacrę huic Virgini, ac
Roma Martyri eius in ædibus olim excitatum,
Tem- cui sanctimonialium Virginum Cœ-
plum. nobium adiacet. *Vtrumque, postquam*
hac ipsa Baronius edidit, Hieronymus
Cardinalis Rusticcius nobis spectanti-
bis instaurabat, ac regio pœne sumptu
exornabat.

Caij. Hac eadem ex causa prodita Caij, *Chri.*
& fra- ac Gabinij Religione; Martyrum & *Ann.*
tris Ipsi numero adscripti sunt. tribuitur *296.*
marty- Caio decretum de septem Ordinibus,
rium. per quos veluti gradus ad Episcopa-
tum ascenditur. quod ita est intelli-
gendum, vt lege cauerit, antequam ad
Episcopatum quis ascenderet, in vno-
quoque Ordine consueto prius tem-
pore ministrare debere. administrasse
autem Ecclesiam constat annos am-
plius duodecim, eique successorem

Mar- datum Marcellinum, quem Eusebius,
cellin. alijque ex Græcis, similitudine nomi-
Papa. nis

nis decepti vnum, eundemque cum Marcello putant.

Chri. Marcellino Pontificatum ineunte, *The-*
 Ann. Thebæorum Legio in Galliam aman- *baorū*
 297. datur. eius Milites, quod Christiani es- *legio.*

sent omnes, dira à Maximiano Hercu-
 leo passi, ad vnum nouo crudelitatis
 exemplo trucidati, gloriosum specta-
 culum Orbi vniuerso exhibuerunt. Hi-
 storiam præclarissimam texuit Euche-
 rius Lugdunensis Episcopus. eandem
 nostra ætate longè copiosius scripsit
 Gulielmus Baldefanus. Eadem & in

Euseb. Oriente Milites complures, Christia-
l. 8. c. næ Fidei compertos passos fuisse, Eu-
 34. febius tradit.

Chri. Post hæc Principum iussu Legionem *Dioleæ*
 Ann. vbiq̄ue lustratæ, & inuenti apud eas *tiani*
 298. Christiani, exarmati Romam perducti, *Ther-*
 ac veluti serui adscriptitij Thermarum *ma.*
 operibus, quas, vt ait Marcellinus,
ad instar Prouinciarum construebant,
 mancipati sunt. supereft adhuc magna
 ex parte immensum opus, aliis huius
 generis, aut ætatis ferè collapsis, &
 Templi, ac Coenobij vsui addictum
 conspicitur Christianorum tot anno-
 rum labor.

Chri. Hoc ite anno notata habentur Acta
 Ann. Martyrum, qui apud Edessam Syriæ Vr-
 299. bem martyrium subiere.

Chri. Ad sequentem verò sæculi postre-
 Ann. mum Galerii in Persas expeditio per-
 300. tinet, & Anastasiæ nobilis Matronæ, *S. Ana*

à Publio Viro, domesticus, ac diuturnus carcer; in quo cum detineretur, epistolas aliquot ad Chryfogonum dedit, ac ab eo vicissim accepit, quas Nicephorus, ac Suidas recitant, & ex his Author, quos require.

Niceph.
l. 14.Suid.
Hist.

c. 10.

Chri.
Ann.

301.

*Augustorum
Triumphus.*

Primo ineuntis sæculi anno Diocletianus, ac Maximianus Augusti de Per-
fis præclarum agunt Triumphum, Narsetis Regis Filijs, ac Sororibus inter Captiuos ductis, atque, vt alij tradunt, Narsete ipso. Enituit eo in bello Andree Christiani Ducis virtus, qui Legioni præerat, ex qua multos ab se ad Christum conuersos. Milites Fidei socios habebat. Hic carceri primùm addictus, tùm, vitandi tumultus causa, vinculis solutus. cōfecto iam bello, Tarsum, ad recipiendū ab eius Urbis Episcopo Baptismum, cum Legionarijs Militibus se contulit. cum autem insidias in se, suosque strui animaduertisset, ad Tauri montis angustias cum eisdem recessit, vbi cum se, Illosque à persequentibus. Galerij copijs haud ægrè tutari posset, suos nihilominus ad

Meta-
phr. 19

Aug.

*Persecutio
instauratur.*

Martyrij palmam hortatus, foeliciter eam cum Socijs adeptus est. Galerius tùm Nicomediã, quò & Diocletianus venerat, se recepit, vbi inito iterum de Christianis delendis consilio, omnium dirissimum in Eos bellum instaurant, eadem Herculeo Romæ interim meditante. vbi cū Populus aliquandò esset

in.

in Circo frequentissimus, duodecies, ut ferunt, acclamatum est; *Christiani tollantur*; tùm (contrà quã aliàs idem Maximianus, & Collega statuisent de non audiendis Populi vocibus in Theatris) ad Venustianum Thusciæ Augustalẽ, aliosque Præsides rescriptis; ubicumque inuenti essent Christianam Religionẽ colentes, ad Sacrificia, aut ad mortem cogerentur, bonis insuper fisco attributis. quo edicto quid peractum sit, Martyrum ubique acta testantur. At Nicomediæ qui erant Principes, post multos seorsim mactatos; ipso Christi Natali die multæ Christianorum millia, quæ ad Festi illius celebritatem conuenerant, septo Milicibus Templo, ac demùm incenso concremarunt; optione priùs data, ut, qui egredi vellent in Ara prò Templo excitata thus offerrent.

*Christiani cum Tẽpla crema-
ti.*

Ad hæc aliud Edictum est promulgatum, quo sacræ Christianorũ Ædes dirui sunt iussæ, & sacri ubique Libri concremati. tùm aliud, quo sacri omnes Antistites, ac Ministri comprehendi, & profana Sacrificia offerre renuentes diris quæstionibus, ac supplicijs subijci imperatũ est. *ad huiusmodi Principum mandata, quæ deinceps sequuta sint, fusè Author ex Eusebio, alijsque eorum temporum Scriptoribus, ac Martyrum Actis describit, quæ horret animus memoria repe-*

Dira edicta.

Porphyre, ne dum verbis, aut scriptis recense-
rius, re. porrò hoc eodem tempore quem-
ac Hie admodum *Porphyrius*, ac *Hierocles*,
rocles Philosophus Ille, *Hic* Iuris peritus, in
Christi Christianos blasphemijs refertos *Li-*
boſtes bros ediderunt, ita vicissim *Arnobius*,
Arno ac *Lactantius* Viri desertissimi, eadem
bius, refellentes blasphemias, *Christianam*
ac La- Fidem acerrime propugnarunt.

Etätius Ad hunc annum *Marcellini* Papæ la-
propu- pſus refertur, de cuius tamen *hiſtoria*
gnato fide quemadmodum *Augustinus*, ita *contr.*
res. hic *Author* ambigit, affictumque à *Do-* *Petil.*
Mar- *natiſtis* crimen addubitat. quicquid sit, c. 16.
cellini ex *Personis* Fidem (inquit *Tertullia-* *de pra.*
Papa nus) probamus, an ex *Fide* *Personas?* *ſcript.*
lapius. & qui *Marcellinum* thus in *Æde* *Ve-*
flæ adoleuisse, Sacros quoque *Libros*
tradidisse contendunt, egregiè post-
modum crimen diluisse non negant; *alius* porrò fuit *Marcellinus* *Presby-*
ter, qui cum *Petro* *Exorcista*, hoc ipſo
tempore, *martyrij* palmã adeptus est,
quorum *memoriæ* excitatum à *Con-*
stantino via *Lauicana* *Templum* adhuc
extat. Horum certamen reſciſſe se
adhuc *Puerum* ab ipſo *Carnifice*, qui
caput eis amputauerat, *Damasus* *Ro-*
manus *Pontifex* testatur: factusque
Episcopus eorum *ſepulchrum* *elegan-*
ti *carmine* exornauit.

Mar- Vigebat iam tùm laudabilis in *Ec-*
tyres, *clesia* *conſuetudo*, ne, absque delectu,
qui le- quicumque passi essent inter *Martyres*

cen-

cenferentur . itaque cum quidam hoc ^{giri} ^{mi} ^{probã-}
tempore apud Africam , temeritate , ^{tur.}
quadam , nullo inquirente , sacros se
habere Libros, nec tamen daturus au-
dacter animis professi essent ; eis Mar-
tyrij decore à Menfurio Carthaginiēsi
Episcopo interdictum est .

Chri.
Ann.
303.

Sequenti anno multa insuper San-
ctorum Martyrum certamina adscri-
buntur, *qua ex eorum Actis . ex Euse-*
bio , & alijs fusè ab Authore hic nar-
rantur. Conuentus etiam habiti ad di-

Aug.
in Cre.
l. 3.
Optat.
Milen.
l. 1.

scutiendam *Traditorum* causam, quo
nomine , qui sacros Codices tradidif-
sent , appellarunt . Coactum quoque
dicitur apud Campaniam, si fas crede-
re , trecentorum Episcoporum Con-
cilium , ac triginta insuper Presbyte-
rorum , tum Diaconorum trium , ad
Marcellini causam discutiendam. *Acta*
hic Author recitat, nō tam rudi, quàm
barbaro stylo descripta ; ex his, qualia-
cumque ea sint , Romanæ Sedis sum-
mus honor tribuitur , quam à nemine
iudicari fas putant : quanta autem illis
adhibenda sit fides lector excutiat , il-
ludque perpendat, quàm sit verosimi-
le , tam sæua vbique persecutione
grassante , trecentos Episcopos vnum
in locum conuenisse , cum non multò
plures maxima Ecclesiæ pace , Con-
stantino summoperè adnitente , po-
steà conuenerint . Sinuessanæ porrò
Cryptæ, in qua Concilium dicitur ha-

Iudi-
cium
Mar-
cellini

bitum, nullum, nè nominis quidem extat vestigium: de expeditione autem in Persas facienda, quid absurdius, cum ea antè biennium fuerit peracta, & hoc anno de abdicando Imperio Diocletianus consilium iniuerit, cum adhuc Nicomediæ esset.

S. Genesius. Mimus. Illustre hoc tempore spectaculum Romæ præbuit Genesius Mimus, qui, dum pleno theatro Christianorū Mysterijs illudit, repentè, Dei virtute mutatus, Christianum se esse professus, seriò agere cæpit, que ioculariter antea factitabat, adeò vt Martyrij quoque palmam adeptus fuerit.

Cum Idolorum latría statu arij deficiunt. Illud nequaquam est prætereundum, quod notandum quidam moment. quo tempore Idolorum cultus deficiebat, Statuariam quoque Artem exoleuisse. argumento esse possunt, quæ huius ætatis Statuæ adhuc Romæ visuntur, nequaquam cum antiquioribus comparandæ. sanè in Constantini, qui extat, Triumphali Arcu, nisi si quæ ex Traiani, ac aliorum Principum veteribus monumentis in opus illud collata sunt, quæ tunc fuerunt elaborata rudia, ac informia esse noscuntur.

Dioclet. & Maxim. de ponunt Imp. Vigesimalium egerat in Imperio annum Diocletianus, cum, vitæ tædio, seu Christianæ rei successu consternatus illud deposuit, authorque Maximiano Collegæ fuit, Ipse quoque idem, vt faceret, Augusti tùm nomen, atque

Chri.
Ann.
304.

atque insignia Cæsaribus Maximiano
Galerio, ac Constantio Cloro delata,
Quo tempore Marcellinus, Socijque
cum eo tres iudicium capitis subiere.

Marcellino sublato, Marcellus sub- *Mar-*
stituitur. Hoc eodem extremo perse- *cellus*
quutionis tempore Martyrio insignes *Papa.*
Romæ habentur clarissimæ Virgines *Soteris*

Sur. 12. Soteris, & Agnes. de vtraque extat *& A-*
Maij. Ambrosij encomium. duorum quo- *gnes*

Ambr. que Adolescentium Appiani, ac Vl- *Virg.*
d. Virg. piani certamen ab Eusebio commen- *& M.*

l. 1. & datur quorum ille Cæsareæ, Hic Tyri

3. & de coronatur. *Alios, qui hoc item anno,*

offic. l. Galerio iubente, Martyrij coronam

1. c. 41. retulere, apud Authorem require.

Chri. Galerius, ac Constantius bipartitò

Ann. tum quidem Rom. Imperium, Ille

305. quidem Orientem, Hic verò Occi-

dentem administrabant. cum tamen

Constantius in Britanniam profectus

esset; Italia, quamquam Constantij di-

tionis erat, Galerio nihilominus hoc

tempore parebat, cuius sæuitia fa-

ctum est, vt persecutio ibidem non

dum resederit; eiusque arbitrio Pro-

uinciarum, atque Urbium Præsides

omnia peragerent. ex his Timotheus,

qui Campaniam regebat; cum Bene-

uétano Episcopo Ianuario alios com-

plures comprehendi iussit, tum be-

stijs, ac flammis tradi, illisque supersti-

tes, gladio feriri. porrò Ianuarij Cor-

pus Neapolim longo post tempore

translatum mira illic celebritate colitur. eius sanguis vitreo seruatus vasculo, Martyris Capiti admodus, concretus antea, liquefcit, ebullitque, quasi ad fontem, vnde manauit, redire gestiens. quod cum amplissima in Vrbe identidem conspiciatur à Populo inibi frequentissimo, non est cur testes requirat aliunde.

SS. reliquia vana les. At Simplicius, Cyliciae Proconsul auaritiam sauitiae iungens Martyrum Corpora, sacrosae Cineres precio distrahebat, fordida hac nundinatione pietatem praefrens, ac bene se de Christianis mereri affirmans, quod sacras Reliquias non in ventum spargi, aut in fluenta proijci iuberet. mirum profecto videri potest, quod pro comperito sane habetur, accessisse illuc veluti ad publicum Emporium, ex Italia, atque Africa insuetae pietatis Mercatores.

Canones de lapsis. Quod autem hoc ipso tempore multi ex Lapsis recipi se ad Ecclesiam redeuntes enixe peterent; Petrus Alexandrinus Episcopus vigilantissimus Canones edidit, quos *Author hic re-* *Bibl. citat* antiquam pietatem redolentes, *Sanct. quibus pro lapsus grauitate, ac discrimi-* *c.7.* *mine,* recipiendis diuersa animaduersionis genera veluti per gradus, adscribit. huiusmodi Canones Eliberino quoque Concilio in Hispania sanciti reperiuntur.

Nec

Chri. Nec dum finis certaminum. refert
Ann. complura adhuc Eusebius; in primis
306. autem Theodosiæ Virginis, Syluani
Eus. l. Episcopi, ac Pamphili amicissimi sibi
8. c. 17 Viri, atque doctissimi apud Cæsaream.

Eodem hoc anno Maximianus Ga- *Maxi-*
Zosim. lerius duos Cæsares appellat, Maxi- *minus,*
l. 2. minum ex Sorore Nepotem, quem ac Se-
Aur. Orienti, & Seuerum, quem Italiae *uerus*
Vitt. præfecit. tum (ne His ipsis negocium *Cæsa-*
Euseb. facefferet) Constantij Filium Con- *res.*
in vit. stantinum, quem Pater Successorem
Const. destinatum Romæ reliquerat, honesta
Socr. l. veluti sub custodia habuit. Hic haud
I. ita multo post fugam arripiens ma-
gnis itineribus ad Patrem in Britan-
niam peruenit, equis publicis, ad fru-
strandos insequentes, ex itinere inter-
fectis. In Britanniam vix peruenerat,
cum Pater excessit. Eo vita functo,
ex eiusdem voto, ac totius exercitus
propensiori studio, Constantinus, *Constā-*
quem diximus, Helena procreatus *tinus*
(nam alios complures ex Theodora *Imp.*
habebat) diuino haud dubiè Numine
suffragante, Patris hæres, atque Impe-
rator acclamatur. Hic est Ille Con-
stantinus, qui exulem diu Pacem ve-
luti postliminio reuocauit, ipsamque
Gen. Dei Ecclesiam, alteram veluti Saran
29. aliquandò captiuam, regijs donatam
muneribus, liberam reddidit Viro suo.

Libri II. finis.

A N-